



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



232

MUSEO ALA-PONZONE

IN CREMONA

Collezione Ala-Ponzone

A. N. 568

Report. Gen. N.

68. 4. 33





OPVSCVLVM  
DE  
EPIGRAMMATE  
D. VINCENTII  
GALLI  
CREMONENSIS  
E CONGR. CLER. REG.  
S. PAVL I.

In quo Epigrammata, Emblemata, Sym-  
bola, Elogia, Echo, Anagrammata  
Fabulas, & id genus alia confiden-  
di præcepta, optimorum veter-  
rum scriptorum Authoritate  
probata, traduntur.

Quinta haec editio recentibus multis aucta, orna-  
taq[ue] est Epigrammatis, que argutis, ac  
venustate cum præcellentibus versutis  
ex merito conferas.

Index Authorum compositionum aditius.




MEDIOLANI,

Apud Impressores Archiep. M. DC. XLI.

**Don Iuuenalis Falconius, Congregationis  
Clericorum Regularium S. Pauli  
Pia posites Generalis.**

**V**M Tertia pars de Lyrico poche,  
re, P. D. Vincençij Galli, Sacerdotis  
noſtri Congregatoris à duobus eru-  
ditis Patribus eiusdem Congregati-  
onis; quibus id commisimus, recognita & probata  
fuerit; facultatem facimus, ut enlucatur  
ſi & alijs, ad quos ſpectat, ita videbitur. Dat.  
Mediolani in Collegio noſtri SS. Apoſtolorum  
Pauli & Barnabæ die 23. May 1641.

**Don Iuuenalis Falconius P. G.**



**Imprimatur.**

**Fr. Basilius Commis. S. Officij Mediol.  
Io: Paulus Mazuchellus pro Eminentif-  
fimo D. Card. Archiep.  
comes Maioragius pro Excell. Senatu.**

# D. C A R O L O B O S S I O

V I R O

Vndequaq; clarissimo , magno patriæ  
ornamento: principibus caro.

*Ad poetam proxim Patris D. Vincentij  
Galli.*

## E P I G R A M M A.

Augustini Terzagi S. T. D. Protonotarij  
Apostolici, Oblati, & Canonici S. Tho-  
mæ Mediolani.

*Suadiloquum, Hercules promentem ex ore cat-  
nas*

*BOSSI, queis gentes in tua vota trahis,  
Temirabatur lynceo Insubria visu,*

*Spectandisq; animi dotibus Argus erat.*

*Eridanum in Tyberim vertisti, Romula quando  
Atriae iussit mens, & Apollo sequi.*

*Non secus ac Cybeles quondam Corybante recepero  
Lux fuit, atq; helari cymbala pulsa sono.*

*Vnda salutantum fusis diffusa beatris*

*Agnouit falso scommate Tiberium.*

*Semideum, vatemq; sacri dixerunt Quirites,  
Cum mellita tibi labra momordit apis.*

*Rhetoricum, vel Galle cupis formare poetam?  
E discat Caroli lege imitata loqui.*

କୁଳାଳିରେ ପାଦମୁଖ କାହାରେ ନାହିଁ ।

## Præstantissimi Viri,

# F R A N C I S C I R V G E R I I.

**E Somaschenium Congreg. Theologi  
Oratoris, & Poetæ eximij.**

*EPIGRAMMA.*

## **Ad Operis Scriptorem.**

**E**xponit *GALLVS Cycnae dogmata catus.*  
*Dulcis sonumque Melos, Pandaricam quo  
chelum:*

*Argutijs salibus quæ sint Epigrammata pandit  
Seria sine libet scribere siue vocas:*

*Pingere sine iuuat variarum schemata rerum,  
ungere rucundo scommare siue velis:*

*Miraris docto prolatæ oracula Phœbo?*

*Phoebe est cantus conscientia Gallus anis.*

විජ්‍ය විජ්‍ය විජ්‍ය විජ්‍ය  
අධ්‍යක්ෂ ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන  
ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන  
ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන ප්‍රාග්ධන

EPIGRAMMA  
SINCERI ACADEMICI  
INFOCATI

In opera de Lyrico poemate, Oda, Elegia,  
& Epigrammate D. Vincentij Galli  
Cler. Reg. S. Pauli.

A

S iue Epigramma velis, Lyricos seu scribere  
versus.  
Siue elegos sermam singula tradit opus .  
Carmen at Heroum tua Galle modestia pressito  
Non decet in laudes texere verba suas.  
Haec tamen umbra docet, Vincenti lumina solis.  
Semper Pelides, semper Homerus. eris.



EPIGRAMMA  
EIVSDEM  
D· VINCENTIUS  
G A L L V S  
ANAGRAMMA  
Canito nulli Secundus.

**G**allus Apollineum mulcebas pectine fonte  
Cyntius, & notas ecce perebas aquas.  
Concipit aure sonum, clamor dulcedine captus:  
Vincis Galle homines, vincis & arte Deos:  
Egit laurigeri n plausit fons nouri mure, & in-  
quit  
**I, CANITO NVLLI, Galle, SECVN-**  
**DVS eris.**



ILL.<sup>MO</sup> AC REVER.<sup>MO</sup>

D. D. CAROLO  
BOSSIO.

*Vtriusque signatura Refe-  
rendario.*

D. VINCENTIVS  
GALLVS.

*Clericus Regularis S. Pauli.*



VM hoc nostrum Alexandrinum Collegium tibi Illusterrime Bossi, multis, ac magnis se deuinctorum non minibus, non solum fateatur, sed etiam profiteatur, atqueo maxime, quod insigni admodum, tum librorum numero, tum excellentia auctum a te sit, & condecoratum Bibliotheca, varijs etiam Tabellis, siue Iconulis affabre pictis exornata: oppidò, nisi se nefario ingrati animi scelero deuinctorum velit, quam quidem notam nunquam sibi inutili patiatur, perpetua te memoria colat, ac sine-

gulari benevolentia complectatur, omnino  
necessa est. Neque tamen eximum tuum hoc  
erga se promeritum, & singularem hanc be-  
nignitatem iucunda tantum recordatione  
prosequendo muneri satis suo fecisse putet:  
nisi etiam argumento aliquo, inditioque non  
vulgari per honorifice palam praefite, ope-  
ram det; ut uniuerso terrarum orbi, si fieri  
possit, tua haec erga te innoteat liberalitas.  
Itaque ego, qui huiusc honestissimi cœtus mi-  
nimorum me esse membrum facio, quamquam  
in te amando, & obseruando nemini conce-  
dam; quæ sc̄ mihi modo obruit oceasit, haec  
e manibus elabi nullo modo ferre debui. op-  
portuas etenim accidisse reor, ut ratione ali-  
qua in præsentia valeam, non dicam nomen  
tuum augere, aut exornare, cum peregrinus  
virib. meis tribuere tantum nequeam, tuaq;  
bus non domestico solum splendore nitatur,  
ac gloria: verum etiam et clatitatis, etq;  
celebritatis, tua virtute duce, & sapientia,  
iam sit euecta: ut prædications nostra ne-  
quaquam egas; sed saltem studium meum,  
propensamq; in te voluntatem, ac benevo-  
lentiā declarare, perspectāq; reddere. Quod,  
quidem, ut mihi persuadeo, aſſequi dabitur:  
ſi neq;ram hoc de Epigrammate Opusculū,  
quod anno superiori in lucem editum, mo-  
do plurimum à me auctum, & exaggeratum,  
typis rursus committitur, in hominum ma-  
nus sub tuo nomine naſcendum cutem. Pre-  
serea illa etiam ratione adducor, ut hoc fa-  
ciam, quod me non fugiat, quibusnam diſci-  
plinis ab inicio etatis exculus ſit. & quanto-

pete studio huiusmodi imprimis delecteris,  
quamq; hanc omnibus anteferas voluptati-  
bus, ac tales præ ceteris animi cui delicias  
secesseris. Quod iam pridem artium omniū,  
quæ ad humanitatem pertinent, species, &  
pulchritudo vulgarium hominum oculis  
penitus ignota, tibi vero præclarè cognita,  
incredibiles sui in te amores excitaverit. Ex-  
quo sit, ut quidquid reliquum temporis ti-  
bi sit ad heroicarum virtutum tuarū exerci-  
tatione, præcipue vero ab officiorum, & be-  
neficiæ, ut qui de omnibus ad beneme-  
rendum natura sis maximè propensus, illud  
totum disertis, ac politioribus literis dare  
confuescas. Itaque nulla fere in eo genere à  
summis scriptoribus in lucē venerunt mo-  
numenta, quorum cognitionem habeas, quæ  
in manus non sumas, per volutes, ac lectites.  
Quo vero fructu, testes sicut illi, quibus ma-  
xima cum sua non minus iucunditate, quam  
utilitate, tua frui possunt consuetudine, qui-  
bus ab ore tuo Nestoreo, siue Herculeo pen-  
dere licet. Luculentam fidem faciant Epi-  
grammata illa etia (ut cetera aurea scripta-  
missa faciam) quæ argutia, & elegantia cum  
veterum illustrium poetarum epigramma-  
tis certent, & quibus liberali tuo munero  
hoc ipsum opusculum incrementum, splen-  
doremque non tenuem accepit. Parigitur,  
consentaneumque fuit, ut hæc nostra lucu-  
bratio tuo inscripta nomini appareret. Ita  
namque me, qui multiplici tuę liberalitatis  
beneficio fruor, gratum tibi præbere aliqua  
gatione incipiam: ita nacæ erga te obleruan-

nig<sup>e</sup> vestigium aliquod imprimans, & studijs  
tuis pro virium imbecillitate inferuiam.  
Quibus rebus si gratiam aliquam tibi rela-  
tam, si officio remuneratum a me duxeris; si  
præterea, cum vir primarius sis, & omni  
laude cumulatus, tenus hoc munus no-  
strum serena, hilarique fronte susceperis, &  
susceptum tua auctoritate tutatus fueris, ac  
foueris: ne ego vberissimum tulisse fructum  
vigiliarum mearum putabo.



A D

Nobilissimam , & philomusam  
I V V E N T U T E M  
M E D I O L A N E N S E M  
Collegij Arcimboldi .

ALVMNAM PRÆFATIO.

**N**ulla ars alia, nulla facultas, aut dignior, aut præstabilior mihi videatur, quam poetica. Quæ profecto diuinum potius munus ; quâ humanum inventum à sapientibus non immerito habita fuit. Quid enim ea veruustius, quid iucundius, quid mortaliis commodius, ac præsentius esse potest ? Ad cæteras disciplinas cogitationem conuestas, quānam reperies, quæ suo ornatum tam conspicua apparet, tam delectabilis existat vitæ magistra ; tā amabilis dux, tum ad humanam, tum ad diuinā affsequendam felicitatem ? Huius tantum præcipuz partes sunt, suavi sermone conscribendo, apteq; imitando bonos mores inducere, perturbationes ex animis auferre, præclara illustrium virorum gesta versibus exornare, & vitia acriter reprehendendo, ac irridendo radicitus eadikare. Hæc pueros ad omnes præclaram disciplinam informat : hæc viros ad omnes virtuteshortatur ; hæc iuuenes in ipso statu retinet, aut larfos ad pristinam firmitatem reuocat ; hæc populum mirum voluptate erudit, & quod vellet rapit ; & vnde libeat, abducit. Quibus quid porrò amabilius ? quid regius ? quid in hominum causa optabilius ?

quid felicius? vix deinde eloquens aliquis oratione explicaret; quæ fiat hinc ad perfectum oratorem accessio; quod accipiat incrementum eloquentia. Necessariam in oratione omnino esse invenitatem, & suavitatem, quæ in re aliqua existet, & peregrina, in verbo aliquo, quod à communis consuetudine sit remotum, in figurata locutione, in extrema dictione præfertim sita sit, affirmant omnes diceri magistri. Verum unde hæc facilius oratori fas est haurire, quam a poetarum monumentis, quorum talia, ut non in lego-testatur Tullius, peculiaria dicuntur, & quorum oratione nulla grandior, aut admirabilior esse solet. varia, & multiplici indiger eruditione, qui discendi munere fungitur; ut commodè docere, delectare, ac mouere queat, quæ eius officij partes sunt. Ut postea eruditus euadatur, illi Tullius author est, ut eximios poetas perlegat, & discat. Nihil enim est, quod aut ad opum aratum, ad honesti, & in honesti naturam, aut ad quamcunq; aliam eruditionem pertineat; quoniam omnium peritissimi non sint poetæ, & doctores eminentissimi. Quapropter diuinus Platon eos adeo admiratus fuit in Lyside, ut sapientiæ pares nuncupet, atq; duces. Nobilissimum etiam de Homeri præstantia in rebus omnibus describendis, vel potius pingendis extat Ciceronis eloquium non longe a fine libri quinti Tusculanarum quæstionum. Quod est. Traditum est Homerum secum fuisse. At eius vicinam, non poesim videmus. Qua regio, qua ora, quid locus Grecia, quæ species forma, qua pugna, quæ acies, quod remigium, qui mores hominum, qui ferarum non ita expectus est; ut, quæ ipsæ non viderit, nos ut videremus effacerit. Hinc tamen est, ut ipseniet Cicero, & latini & græci passim statut poetarum testimonij, ac monumentis; sc̄ quo ornamento inscripsi, ut idem vocat, decla-

mationibus senilibus, hoc est in Tusculanis di-  
sputationibus, careret latina oratio. Quid dicam  
de motu vehementi, in quo victorix suæ spem  
omnem collectat orator? A quodam alio, quem ad  
omnes animi motus spectant, quam a poeta eu-  
mularius de promet, mutuaue sumet? Nam nemo  
quidem est, qui rerum imagines dilucidius de-  
scribat, & perturbationes animi evidentius ante  
oculos collocet: qui omoe exultum, & exquisi-  
tum dicendigenus, insignes magis figuræ omnes,  
omnem verborū delectū, omnia ornamenta ora-  
tionis, omnia lumina luculentius sectetur. Quæ  
cuncta mouendorum affectuum optima esse ins-  
trumenta, quis in Rheticis etiam mediocri-  
ter versatus ignorat? Quod igitur hæc præstan-  
tissima facultas cunctis mortalibus ad agendum  
vitam: quod in primis eloquentia studiosis ad-  
oratoriam facultatem comparandam vsum, &  
utilitatem præbear non vulgarem: factum quip-  
pe fuit, ut nullum unquam fuerit, futurumue sit  
hominum genus tam barbarum, tamq; agreste-  
ab ea alienum. Qua propter operæ pretium esse  
duxi adolescentes non solum horrari, impellere,  
& inflammatre, quantum in me fuit; ut ad hoc tam  
honestum, tam utile studium toto animo incum-  
bant: verum etiam præsto eis esse, breves quasdam  
ac faciles præceptiones de fabricandis, & for-  
mandis Oda, Elegia & Epigr. præbendo, & arti-  
ficia detegendo. Quibus auxilijs proclivè, faci-  
lèq; erit non solum intelligere, & explicare, ve-  
rum etiam imitari quodcumq; poematis genus.  
Quod vero tria hæc poeticæ genera exponenda  
præsertim selegerim, ea fuit causa: quod adole-  
scensibus, qui componendorum poematum stu-  
dio delectantur, accommodiora, quam cætera,  
animaduertenterim Non solum quia, cum eundem  
propositum scopum habeant, qui est bene viuen-

di, & eloquentiae adeptio, eademq; prædicta sunt  
vtilitate, qua pleniora, & grauiora, breuiora ta-  
men, faciliora q; sunt, verum etiam quia latiorem  
campum occupent, in quo excurrere possint.  
His etenim, quemadmodum etiam oratori, non  
una solummodo res, vt cæteris generibus: sed  
omnes subiectæ sunt ad pertractandum. Quid  
enim aut sublime, aut mediocris reperitur, quod  
spud hos poetas præclare, satisq; decore pertra-  
ctatum non sit? Itaq; spes ductus me hoc nomine  
pulcherrimarum literarum studiofis gratum fa-  
cturam, & gratiam aliquam ab eisdem initurū,  
quæ in his poematibus generibus annotavi, quæ  
collegi, in medium proponenda curauī.

# INDEX AVTHORVM,

Epigrammatum , & cæterarum composi-  
tionum huius Opusculi.

Achillis Bocchij Bononiensis , qui de Symbolis insigne  
opus lyrico carmine conscripsit , selecta quadam exem-  
pla . In inertem . pag . 223 . In alienis laboribus per-  
fruentes . 224 . In querentem arcanum missi supetilia  
vel prorsus sapientem : ibidem . De Avaro , et in sq ; exi-  
sti . 225 . Quinam dittissimus sit . Vir fortis , & frugi  
pecunia nō corrumptitur . 226 . Amabitur , qui amar-  
uerit . occasionem sapiens non amiscerit . 227 . Ceterò di-  
scendum nam vita brevis . Parva fauilla magna  
flammam facit . 228 . Vita sine querela optima . In  
malarum perfidos fatores licium . 229 .

Ely Crossi Cremonensis de uxore molesta . 277 . In  
Astrologum . 272 .

Agrippa apud Plautum . 110 .

Alciati Mediolanensis , Illustris Emblematum scri-  
pторis sequentia Emblematum exempla sunt . In  
prudentes , atq ; sapientes . 208 . Virgines custodiendae  
sunt 209 Nullus verbo ; aut fratre ladanus . De  
Gratia referenda . 210 . Unus nihil ; duo plurimum  
possunt . Dolus in suos . 211 . In Adulatores . 212 . In  
Damnum sibi apparantem . In facile à virtute de-  
sciscentes . 213 . In Avaros . In momentaneam felici-  
tatem . 214 . In Despicentes 215 . In Senatum bona  
Principis Amicitia etiam post mortem durans . 216  
A minimis quoq ; timendum . 217 . Eloquentia for-  
titudine prestantior . Ex damno alterius , alterius  
utilitas . 218 . Mensem , quam formam plus pollere  
219 Amor . Virtutis . ibidem .

Alexandri Rubini in orationem Belloni Senat . 56 .  
Animi Fabula Boreas versus & sol . 248 .

**Augustini Terzaghi** Mediol. Theol. Prot. Ap. & Canon eximijq; poeta epig. De B. Ant. Maria Zaccaria 90 Ad Paulum Aresium Derthona Epis ibid.  
**De Ferdinando Gonzaga Princeps Quastula** De comita Renato Borromaeo 91. In Rhetorem nostrum.

94.

**Musonij Galli Patria Burdegalensis** poeta lyrici ins.  
ignis nonnulla. Epig. ex nobilioribus selecta. In Cœcum & Claudum 16. Ad modestiam exhortatio. De Diogene Cynico philosopho ibi Sepulcrum vacuū.  
Ex sepulcro via latina. 20 epitaphium Didonis. 27  
**De Lepore capro,** & Cane Marino 43. De Dianubiacum Augustis Cesariis loquente ibi. De Echo 44. De pueru pulcro 87. De beneficio faciendo 121.  
De Occasione. De Trasibulo ibi. Ad Philomonsam 366. In statuam Ruffi ibid.

**Benedicti a Senioribus** 84.

**Bonacarij** in effigiem D. Pauli 30. De Eod. 163. De Equi sceluo 280. in Rhentij ingluvione 281.  
**D. Caroli Bosqij** utriusq; signat, Referat. Apost. De fine & pueru 57. Post operas apes 58. In Aniculam sicurem. 167. Ad Cardinalem Vbaldinum 161.  
Enigma 188. De Symbolo Urbani Octa. Pone. Max. 230. 231. In Pippum Epig. tria 267.

**Cesaris Calcagnini** de Echo. 187.

**Cesaris Germanici** de Pueru glacie occiso. 38.

**Ensanova** 49. de Demosthene & Cic. De Ca. Iulio Cesare 52. in Iulium II. Pone. Max. 65.

**Catulli** Epig. omnia qua fædi nihil aut contra bonos mores habens nostris de op. g. legibus aptauit obscura enarrauit, huic enim poeta, post Martiale apud epigr. iure locis assignatur. Nam cum argutia, & acuminis primas in Epigr. sibi vindicet in quibus Martialis excelluit Catullus haec laude carens venustate compensauit. Vide Epig. primi Opusculi. Ad Cornelianum Nepotij epig. 3. Ad frateris tumulu 17. Epitaphium Didonis ibi. Ad Quintum 56. 60. Ad re-

ranium 69. Ad Sernionem insulam 70. Ad Rosum  
puerum 78. In Commissum maledicuum 98. Ad se  
boreandum 102. in Afnum farum 105. In Æm.  
162. De Fide, & taciturnitate sua 172. 180. De  
Ario 260. In Mamurram Mensulam 268 In Cim-  
nam 274. De Quodam & Calvo 282.

Ciceron de seipso 189.

Claudiani de Locusta 16. de Apro & Leone 54.

Crucci & statuam Philippi Regis 52.

Faerno Cremonensis Fabula vario carmine scitissime  
expressa c. 19. De Fabula, totum occupant sed quan-  
tum facienda sunt cum ceteris eiusdem scriptis proficiu-  
raq; sine studiofis lingua latina puritatis ac mun-  
dissimae Toscanae in suo Italia Peplo Epigramate in  
eiusdem laudem indicat. pag 231.

Fausti in lingua landensi & vituperationem 95.

Francisci Menandri in obitu Catella 258.

Francisci Regerij e Somaschenium Cong in Rhet. no-  
rum 94. De D. Francisco 158

Francisci. Æmundi & Soo. Iesu in Natali B. V. M. 49.

Francisci Spinule de Claudio & Cælo 16.

Francisci Suerci Anag. 192.

Hermippi Enig. de die & nocte 177.

Hieronimi Boffij in auditorem nucem 112.

Horatij Torcellini de Stig. S. Francisci. 56. De codicis  
158.

D. Iacobi Ecclesia Cler. Reg. S. Pauli de S. Ant. 166.  
Ad Cardinalem Trinultum 169.

Iacobi Vectiani ad Vincentium Galium 48.

Po. Baptista Plantanida Ecclesia Mediol. Ordinarij 30

Ioannis Bertacchij Anag. 190.

Laurensij Musa ad viatorem Elegia 308.

Laurea Tulli Cic. liberti dt Apis Accademia Cic quod  
leg. dignum Plinius pœnitit 78.

Leonidij 189.

Marcelli Amoris descriptio 199.

Martialis epigr. multitudine usque præstantia sua

qua

qua in arguta, & acuminata est, adeo commendatur, ut ceterorum epigr irre Antifiles appellari possit. Vide epig. 2. cuius Opusculum ipsum Possa de se ipso. Hac igitur praecipua ratio est cur praeceptiones de Epigr. tanti authoris autoritate, & exemplis firmare imprimis, ac munire contendam. Quibus exemplis quo facilius percipiatur enarrationes adiumenta sunt: multis etiam ex nobilioribus, quo facilior adolescentibus reddatur imitatio artificij detectio.

Martialis Epigr. sunt Ad lectorem pag. 6. Ad Quintilianum 7. De Anato 11. De Turture 12. De Langua De Turdiss ibid. De Turdatis & Lepore 13. Ad Lectorem Descriptio vita modica ibi. De suo Studio viri 14. Ad Sexium 15. Ad Alcimannum. 20. de Scerpo Aurigatore 13. de eodem 25. de Pantagatho Servo ibi. De fusco 6. Epicaphium Latini 28. Ad Sambellum 29. De Scenola 31. De Traiano 32. De Portia 33. De Leone Cicer. 34. De Vipera in ore urfa. 36. De puer glacie iugulato 37. De Gallo lögono facundore 39. In laudem Domitiani 41. De Lycoride 42. Ad Pontilianum 44. Ad eundem. 45. Ad Cariscianum ibi. De Nervia Traiano 46. de leono, qui gubernatorum offederat 47. ad Domit. 49. De pugna faminarum cum bestiis 51. Ad Maximum 52. Ad peccatos coninges 53. Ad Licinianum ibi. Epigr. à dissimili 57. In habentem varios mores 58. Ad aratum 59. Ad Decianum ibi. ad Fabianum & Chrestillam paricidas 60. ad Dynidum ibi. Ad Quintianum 61. Ad Linum 63. De Labieno. In Salutanum ibi. Ad Fidentinum 64. In Coracinum 65. Epigr. conclusionem habens contra expectationem 66. Ad Decianum. 68. Ad Domitianum. 73. Adeundem 74. Ad Decianum Stoicum ibi. De morte Othonis 75. De hortis Marcella uxoris sua 76. In malum Poetam 95. In M. Ant. 96. In eundem. 97. Ad Iulium 99. Ad Demitianum 100. Ad Fisenniam 101. In Lufsum furem. 104. Ad Caium. 106. In Pannicum 107. In Cinnam 108. Ad Cacilianum de ge-

nere. & declinatione fucus. 110. Ad Attalū 111. In  
Gargilianū 113. Ad Cefnum de Gynico philosopho  
115. Ad Flaccū ibi. ad Anitum de Philippo superbo.  
116. De Tongiliano ibi Ad Iuliū 117. De Africano  
118. Epigr. probans amicis effedonandum. ibid Ad  
Ludi Magistrum 119 Ad Domitianū 121. Ad Da-  
sim fluum 122. De M. Antonio 123. Epig. descri-  
bens sicutum diritem 126. Ad Æliam edēulam, &  
tusciens. 127. De Venatio Monte ibi. De Ludo pue-  
rorum cum iuencis 128. De Hirundine ibi De Vi-  
peraelestro inclusa. 129. De Sue 133. De endē 135.  
decadem ibi ad Gargiliandum 136. Ad Casarē Do-  
mitianū m ibi. Ad Lupercū 156. De Canio 157. Ad  
Selium 159. Ad Pastorē 160. Ad Candidum 161.  
De Hermete 164. Ad Senerū de Stella 169. Ad Se-  
nerū 170. de Entrapelo Tōfore tardo 161. In Osthan-  
num 174. Ad Priscum 175. Ad Clitū 176. Ad li-  
brum 184. Ad Atticū 186. Ad sextum 197. Ad le-  
ctorē delicatum 250. In Eoscorium 251. Ad Ca-  
storē 152. De Cinna ibid. In iniuratore 253. Ad  
Gaurū in Cinnam ibi. De Fannio 254. De Appol-  
onio Rhei De Phileno ibi. Ad Oliū. 255. De Fabulla.  
De Apro ibi. De Pōpeio & eius filijs 256 Ad Atta-  
lum 257 Ad Quintū ibi. De Apollonio Rhei. obli-  
ciose 258. De Sillio Italico ibid. De statua Iunonis  
259. Ad Saturnū 263. Ad Gelliam 265. Ad Gallū  
266 Ad Salidiū ibi. In Taurum 269. In Clafficū  
270. In Cecilianum amulum 271 Ad Fidentinum  
ibi In velocem 272. Ad Lesbiam. In Seliam adulas-  
torem & canipetā ibid. Ad Sextum 273. De Accera  
ibi. In Zoilum 274. In Parthenopaeum rufi gulea  
laborante ibi. Ad Stellam 275. Ad Corrā 276. De  
Cloe ibi In Fabullam 277. In Nesiā 278. Ad He-  
lium 279 Ad Flaccum ibi Ad Posthumū 283. De  
Gellia ibi. de Catella Publy 284. De Suis epig. 286  
In Amphiteatrum Casaris 287.

Max. Vignacury de Isabel. a Auferincha Echo 188.

Digitized by Google

Museo

Mufonij pro Io: Maria Morono 60.

D. Octauij Boldonij Cle. Reg S Pauli ad Urbanum  
VIII. Pont. Max. De Casare Montio Cardinalis  
augurato 84. sequuntur alia eiusdem in alias. De  
Dino Alexio 91. In Cardinalem Triumlium 92.  
Anagr 9. In D. Alexium patria domo euadentem.  
¶ c. 191 Emblema duo 204.

Quidij de quat annis parsib 18. De Phyllide epist. 20.  
Pallacij Embl. duo 205.

Pallearij & Spinula 116.

Palladij Virg. epit. 17. De eodem ibid. Cicer. Irida  
descr. De Imag. in uanda De omne glacie concr. Ide  
falis ortu ibid.

Parthenij 43.

Pentadij de sua uita 320.

Pierij Colonensis symbola 229.

Pollucis poeta antiquissimi de Hermafrodito 420.

Pesidippi Graci de Gato Deo. 200.

Romundi de ortu, & morte Christi 57.

Sandellij de Carella obitu 258.

Sannazarij de Venerorum erba 199.

Scaligeri 284. 112. 178. 182. 183.

Sedulij de Eua 186.

Semprosij de Vespertilione Ænig de somno 177.

Scripandi de Maria Magdalena 57.

Soffagli Mediol poeta insignis de Primo Comite 21. De  
Borromeorū insula. 55. De Iacobo Ap. 58. in obitu  
yincensij Magnani 62. In Nestore 64. In Semina-  
rium Mediol. 92. In Gymnasium Arcimboldium.  
In Grammaticam nostram ad Calliodorum 111. In  
Bitiam ibi. in cognomen Urbanis Pont. Max. 113. In  
Titianum 117. De humana vita breuitate 124. Ad  
Iacobum Valerium 224. De Nece S. Io. Bapt. 130.  
De Martirio S. Sebastiani 163. In Bonfinis carmina  
196. In mortis effigiem ibid. In laud m. Cascharina  
Cantona 172. In Diodorum claudum ibi. In Atta-  
lum 256. de Dorila fatre 279.

*spinula de Patre & Nostro 268.*  
*Sulpici Luperci in tumulum Luer. 28 in Epit. De*  
*Canio ibid.*

*Thebaldei de Cane & Apro 55.*

*Thesauri de morte Ottonis 75.*

*Torcellini de S. Francisco 56.*

*Toscani in Laude Faerni 78. In laudem Vida 137. In*  
*laudem Lampridiij 135.*

*Vida ad Tellurem 139. Dixis infantsibus Innocentib.*

*Ad D. Paulum Apost. Diuino Cassiano mar. D. Mar-*  
*garita Virg. Mar. In Quendam. In canaculo villa*  
*Ronciana Sua D Christofforo Mar. Ad D Laurent.*

*D. Vincentij Galli Cler. Reg. S. Pauli, & Opuscula*  
*Auct. epigr. Responsio pro D. Paulo 30. De Gloria*  
*ibi in selectas epistolatas Iacobi Vectiani 48. In cor-*  
*rige, Dadalea mensis, Dadalea mentis. In Christi*  
*oriū. 87. Ad D Stephanum Protomar. De D. Ioanne*  
*Euang. De Siricina De Dec. lat. S. Pauli Apost. De*  
*D. Barbara Vir. & Martyre. 113. de D. Laurentio*  
*Mart. De D. Vincentio Mart. ibi De Ape cicatricē*  
*pectoris Christi herente. 130. De Hieronymo Brissio*  
*ad Lambrum poetante. 131. In conversione D. Pau-*  
*li 133. Pro eodem D. Paulo Epig. duo. 166. In Cellā*  
*182. Anagr duo de eloquētia 190 Qualis ux. r du-*  
*cenda. 176. Emblemata duo de Charitate vnus*  
*203. Alterum de Virtute 204. Alia quatuor: pri-*  
*mum de Virtute comparanda. 106 alterum. Deli-*  
*ctum ex minimo oriri. 206. Tertium in eum, qui,*  
*ut alium ledat se prius ledit. Quartum de Natin.*  
*B. Virginis. 207.*

*Virg. donarium 20. Epitaph. de se ipso 19 de Daphnide*  
*ibi. Didonis Nania 21. Elogia de Niso, & Euriale*  
*& Cato 22. in spectaculum Aug. 19. Vindicantis*  
*suum distichon ibi.*

*Vibani VIII. Pōt. Max. in fonte in pios affectus Angel*  
*Grilli Abb. 80. In maledicūm qui in nomen Roma, è*  
*vībis lūsc. In eundē De Picturis Quidonis Reni in*  
*facello*

fucelle Enquilini Pauli Papa V. de Rosa ex Graco.  
In Auaritiam sub Poncio persona In miram huic  
sacri byemali tempore florum varietatem. De S Pe-  
tro De S. Paulo. De S. Carolo Borromeo, & duobus  
alijs Cardinalib à Montepolitano ibi. Symb. 230.  
de Sole & Ape 235. Canis epitaph. 256.

Vrsq Enig de tempore 178. De Concep. B V. M. 203.  
Zanchi de Accone & Leonilla fratrib. 35,



# DE VSV OPUSCVL

## ad utilitatem Adolescentium.

**R**egnoscendū Epigr. in genere duabus ex partibus confici, quæ sunt narratio, & argutia Narratio itidem duplex datur, prior simplex nominatur, & hęc vera est narratio: altera à Poeta facta est, Aristotele teste. Ea etiam ratione simplicis narrationis nomen sortita est: quia uno tantum topico loco explicatur.

Duae pariter sunt argutiæ formæ, ut ait Tullius prior ex decoro, & imitatione dimanat. Et hac eam Poetæ, quam Oratores, & Historici indigent. Posterior vero forma cantumodo Poetis, & Lyricis in primis conuenit. Et hæc ex propositis, & narratis in Epigr. educitur per aliquid, quod aut maius, aut minus, aut par, aut aduersum aut contrarium, aut quid aliud.

Ex ijs deinde narrationum & argutiarum formis omnia Epigr. genera componuntur, quę tamen ad duo potissimum reducuntur genera, ad simplex, & compositum. Simplex igitur Epigr. appellatur, quod compositum est ex simplici narratione & argutia primi generis. Alterum vero genus compositum fertur: quod narrationem, & argutiam alterius formæ contineat. quæ argutia propriè in fine Epig. locum tenet.

Bonus igitur, utilisque ordo in docendo erit à simplici. tamquā a facilitore Epigr. initium capere: postea ad compositum ascendere, itaque nouicijs, ac tyronibus in re litteraria propria, enarrandaque sunt ea, quæ Opusculum complectitur à primo usq; ad octauum caput, & præfertim etiam caput decimum nonum de fabulis Faenii, vario carmine scitissime expreſſo.

sis de quarum p̄fæctanția vide Toscani Epigr.  
pag. 78. addatur, etiam. Videt Elegia de Christi  
D.N. passione & morte contemplanda quæ  
in opusculi calce posita est, & quadragesimali  
tempore opportunè enarrabitur. Et si discipu-  
li primi, & alterius gymnasij hæc, quæ dicta  
sunt diligenter, & accurate exercebunt, &  
verborum proprietatem, & latini sermonis  
puritatem, atque munditiam breui ediscant;  
modo eamē partes suas non deserant, quæ  
sunt, ut quod eis explanatum, explicatumque  
fuerit, id bene intelligere, tum in Italicum ser-  
monem versare, memoriae mandare, & Octa-  
uo quoque die prælectiones coram præcepto-  
re recitare diligenter carent.

In Gymnasio superioris humanitatis initium ex-  
plicationis epigr. fit (modo discipuli in su-  
perioribus præceptis versati fuerint) à capite 20.  
de breuitate Epigr. ubi de argutia secundi ge-  
neris agitur, postea reuertendum est ad caput  
8. in quo Epigr. compositi plena initium su-  
mit explicatio.

In Rhet. gymnasio locum habent præcipue Epi-  
grammata cap. 21. de elocutione ceteris no-  
biliora, similiter Symbola & quæcunque  
alia eminentia; in hac enim classe tam posuca  
quam oratoria vigent ornamenta.



OPVSCVLVM  
DE  
EPIGRAMMATE  
VINCENTII GALLI  
Cler. Reg. S. Pauli.

C A P V T I.

*Opusculi argumentum, notatio Epigrammatis  
poema effectum, eiusdem definitio.*

**H**OC opuscolum ea paucis indicat, quæ ad perfectum Epigramma noscendum, comprehendendum, & explicandum sunt necessaria. Quæ in eius definitione, materia, carminis genere, quo conficitur, divisione, virtutibus, elocutione sita fere arbitror.

Epigramma est inscriptio, siue titulus, & elogium rei alicui additum: vel sententia honoris, dedecoris siue gratia prolata. Gramma enim latine scriptum, & epigramma in-

## *De Epigrammate.*

Scriptionem sonat. Curus vsus apud veteres latè patebat. Nam statuæ, trophyæ, imagines, clipei, naues, sepulchra, monumenta, templa, libri, literæ, victimæ, serui, fercula, & alia ita inscribebantur. Verumtamen inscriptiones illæ nudæ, simplices, ac numeris solutæ erant. Non multò post epigramma proprium nomen poematis effectū fuit. Quod varium multiplicemq; usum habet. Nam ad rem quamlibet eleganter, urbanè, acutè, & breuiter cum versu dicendam, tam cum inscriptione, quam sine refertur. ac per se poema est, non elegiæ, vel epopeiæ, vel tragediæ, vel comediæ pars, ut quidam putarunt. Epigramma ita Plinius finiuit: est carmen argutum, & breve. Carmen id est poema progenere definitionis est, argutum pro differentia. Licet enim alia etiam poemata arguta sint; non tamen, & tota, & omnia. Breue vero non est necessitatis epigrammatis; sed claritatis gratia additum. Quia, cū acumen sit quædam subito oborta menti lux, curandum est, ne longitudine euanscat. Leporem enim, & argutas perdit operis prolixitas: argutumq; esse nequit, quod latius funditur.

## C. A. P. II.

### *Materia, & versus Epigrammatis.*

E Pigrammatario cum Oratore communis est materia. Ambo enim omnia, quæ

vtilitatem, & oblectationem procreare pos-  
sunt, eleganter, & venustè explicant: atq; in  
exponendis rebus in eisdem causarum geac-  
ribus versantur. Qua quidē in re à plerisque  
cæterorum poetarum distat: illisq; superior  
existit. Quibus extra fibi præscripta argu-  
menta fas non sit exire. Fædatamen, ac tur-  
pia nullo modo sunt attingenda: ne mores,  
ac adolescentium vita corrumpatur. Epi-  
grammata scribens liberiote carmine, quam  
cæteri, vtitur: frequentius tamen elegiaco,  
phyleucio, hendecasyllabo, & aliquando he-  
soico, vt colligetur ab exemplis.

## C A P. III.

## Partes quantitatis Epigrammatis.

**P**artitionem illam, quam cætera scè om-  
nia poemata sequuntur, in exordium,  
narrationem, & epilogum, epigramma com-  
muniter non admittit. Vix enim ullum bo-  
num epigramma inuenies, quod principio  
huiusmodi constet, quale reliquis poematis  
datur. Nam, cum breue sit, sola narratione  
cum sua conclusione, quæ est argutia, con-  
tentum omnino est. Observatum tamen est  
in librorum initij primum epigramma vi-  
cem exordij totius operis gerere posse. Quod  
exempla Catulli, & Martialis confirmant.

## Epigramma I.

**Q.** Valerij Catulli ad Cornelium Nepotem  
*Quo dono Lopidum, nonum libellum*

4 De Epigrammate  
Aridam modo pumice expolitum?  
Corneli tibi. Namq; tu solebas.  
Meas esse aliquid putare nugas.

Iam tum; cum ausus es unus Italorum.  
Omne aenum tribus explicare chartis  
Doctis, Iuppiter, & laboriosis.  
Quare habe tibi, quidquid libelli est,  
Qualecumque. Quod o patrima virgo.  
Plus uno maneat perenne seculo.

### Enarratio.

In hoc epigrammate Q. Valerius Catullus tamquam in præludio ex poetarum more propositionem, & invocationem tamquam exordij partes inseruit. De quo exordij genere videatur Syntagma nostrum de Lyrico poemate cap. 20. propositio est.

Quo dono Lepidum, nouum libellum  
Aridam modo pumice expolitum?

Hic enim de toto opere aperta facta est mentio. Quod est epigrammatum libellus. Cum deinde in rei propositione ex Rhetorū præceptis sita sit docilitas, & in commendatione attentio, utrumq; hic præstitum fuit. Quod libellus ab eleganlia, & venustate, externoq; cultu, ac ornamento bellic commendetur. *Lepidum, nouum, pumice expolitum.* Benevolentiam sibi parauit poeta libellum suū modestè commendando. Lepidus enim ex Mureto in rebus tantum parvis dicitur. Tussuetiam infra, vbi sua scripta nugas nuncupat. Propositioni adnexa est dedicatio tāquā eius pars: *Corneli tibi.* Hic artificiose benevolentia comparata est per digressiunculam in

Cornelij laudē, in qua eum à præcipua erga  
sc humanitate, & obseruantia commendat.

*Namq; tu solebas*

*Meas esse aliquid putare nugas. Iam tum.*

Deinde à singulari ornatu, breuitate, &  
doctrina in Italicis Cronicis conscribendis.

*Cum ausus es unus Italorum &c.*

De hoc genere episodiolorum vide Syntagma nostrū de Lyrico poemate cap.4. Ab  
soluta propositione addit invocationem, in  
qua auxilium, fauorēq; Mineruæ auctuaro  
cōtendit, ut plus uno seculo opus suū dures.

*Quare o patrima virgo*

*Plus uno maneat perenne seculo.*

Appositè vero numen illud invocatione,  
quod rei præesse ferebatur, quam consequi  
optabat. Nā Minerua in bibliothecis dicata  
erat, & librorū patrona. Vide Syntag. c. 18.

Hoc verò epigramma per se spectatum,  
& non tamquam præmium totius oporis  
vnum ex simplicibus est, narratione tantum  
contentam. De quo genere infra agitur. Cu-  
ius artificiū, vt etiam aliorum omnium in  
argumento, inuentione, dispositione, & elo-  
cutione positum est. Argumentum est, Ca-  
tullus hoc epigrammatum opus Cornelio  
Nepoti amico suo dicat: Mineruamq; ro-  
gat, ut hoc idem æternet.

Inuentio, & dispositio rerum sunt; propo-  
sitio, *Dono Cornelii tibi.* Ratio: *Namq; tu sole-  
bas.* conclusio: *Quod o patrima.* Elocutio, &  
ornatus sunt pulchra subiectio, & poeta suæ  
respondet interrogatori: *Cui dono &c. Cor-*

melis tibi. Venustas est in verbis Lepidum libellum. Quoi, pro cui antiqua dictio. Episodium in Cornelij laudem, quod ornat, ac dilatat orationem. Namq; tu. tropi sunt metonymia continentis pro re contenta: omne eu-  
res gestas omnis ætatis. tribus chartis: tribus  
libris ex Io. Scaligero: non breviter, & com-  
pendiose, ut Muretus putavit. Tres enim li-  
bros Chronicorum conscripsit Cornelius.  
Nepos. Exclamatio admirantis ad amplifi-  
cationem duarum illustrium laudum Cor-  
nelij; Doctis, & laboriosis. inductione, Iuppiter.  
Attenuatio magnitudinis operis est, Quid-  
quid est libellus. Qualitatis modestiae causa.  
Qualecumq; Erudita Minerua periphrasis:  
Quod à patrīma virgo. Ita vocata fuit, quod  
à patre solum sine matre orta diceretur. nec  
malè pro patrīma patrona legeretur, ratione  
supra allata.

## Epigramma 2.

## Martialis ad Lectorem:

Hic est, quem legis, ille, quem requiris,

Toto natus in orbe Martialis.

Argutis Epigrammaton libellis.

Cui Lector studiosē, quod dedisti

Viventi decus, atq; sentienti,

Rari post cineres habent Poeta.

## Enarratio.

Hoc epigrammate, quod exordij totius  
operis locum tenet, propagatam sibi famam,  
nominisq; eternitatem gloriatus Poeta. Hic,  
præter inuocationem, cætera poetici exordij  
manneru relucunt. Docilitas in versu.

*Argutis Epigrammaton libellis.*

Ibidem etiam attention, quod epigramma sua commendentur ab argutia, & acuminio, quae primas in Epigrammate sibi vindicant. in quibus plurimum Martialis excelsuit. Catullus vero hac laude carens venustate compensauit. Benevolentia prius a poetæ persona captatur, ac unde arrogantia, & inuidia vitatur. Dum famæ suæ celebritatem lectoris iudicio acceptam refert. Quia sibi viuenti, & sentienti dedit cum viuos ut plurimum inuidia premat. Quodque talis gloria post cineres, id est post mortem etiam paucis contingat. Quamquam secus Propertius.

*Omnia post obitum fingit maiora vetustas;*  
*Maius ab exequijs nomen in oraverit.*

Benevolentia pariter a lectore comparatur, dum ab eo inuidiam remouet, laudemque virtutis tribuit.

## Epigramma 3.

Eiusdem ad Quintilianum:

*Quintiliane vaga moderator summe iuvente;*  
*Gloria Romana Quintiliane toga.*  
*Vivere quod proprio pauper, nec inutilis annis,*  
*Daveniam: properat vivere nemo fatis.*  
*Differat hoc, patrios optat qui vincere census;*  
*Atriaque inanodicis arctas imaginibus.*  
*Me focus, & nigros non indignantia fumos.*  
*Telta iuvant, & fons viuus, & herba rudis.*  
*Sic mibi verna satur, sit non doctissima coniuge*  
*Sit nox cum somno, sit sine lite dies.*

## Enarratio.

Hoc epigramma propositionem quādam

habet, & commendationem Quintilianum ad eius promerendam benevolentiam. Non tamen dicendum est, propositionem epigrammati esse assignandam, præterquam illi, quod exordij totius operis vicem gerit. talia enim cum narratione iunguntur, eiusq; initia sunt.

Hic Martialis studium vitæ suæ, ac votum Quintiliano exponit. In primo disticho ab officio docendi eum laudat per collationem à maiori : *Moderator summe*. Romæ enim diu vixit, & annis viginti Rhetoricam cum summa laude docuit. In altero veniam petit : vt sibi Epicuream disciplinam sectariliceat, ac genio suo indulgere ; ea ratione, quod vita nimis properè fugiat. Itaq; nemo satis properat viuere. In tertio dissimile studium quorundam explicat ; qui patribus suis ditiiores fieri contendunt, ac maiorem affectant nobilitatem. Eleganter sanè hoc efficit, positis signis nobilitatis per metonymiam pro nobilitate. quæ erant maiorum imagines in atrijs dispositæ ; qui maiores magistratus gesserant; quæ, quo plures erât, eo magis atria arctabant. In reliquis duabus exponit poeta, quibus ipse contentus fit, nempe paupere, & fuliginosa casa, naturali aqua, oleribus, verna vno, coniuge ineruditâ, somno non interrupto, & die absque lite inter se, & coniugem.

Hoc epigramma sola narratione constat, verum eleganti, & cum rerum decoro: quod satis est, vt bonum sit epigramma, vt probabitur.

## C A P. I V

*De narratione, argutia, & diuinitate Epig.*

**P**Artes igitur propriæ, & communes Epigrammatiſis, ut prædictum eſt ſunt narratio, & argutia. Narratio id omne eſt, quod argutiæ præmittitur. communiter enim argutiæ anteponitur narratio; ſive illa vera ſit narratio; ſive etiam ſimplex propositio adiuncta ratione, & confirmatione aliqua. Narratio deinde vel ſimplex eſt, cum ab uno tantum topico loco deprompta eſt, ut in disticis, & tetraſticis eſſe ſolet: vel multiplex, cum e pluribus locis ſumitur, & frequentatis, vel ſimilibus, vel exemplis, fabulis, effectis, antecedentibus, diſſimiliūm conglobatione. Quod in plenioribus epigrammatiſis contingit.

Duo narrationis genera fecit Aristoteles in poetica, ſimplex unum, quod ſimplici, pura, veraq; ratione conſtat: alterum fictæ. In vera, ſi factum obſcurum eſt, diligenti explicatione eget; ſi nctum, leuiter tangendum. Fictæ verò narrationis fundamentum verum eſſe debet; cum aliquid ingenioſè ſecundum Lactantium Firmianum eſt affingendum. Quia poetæ officium eſt, ea, quæ geſta ſunt, in alias ſpecies obliquis figuratiōnibus cum decuro aliò conuerſa traducere, & oblique vel amīnis figmento ita obſerua-ge; ut veritas obſoluta obtegi videatur. To-

tum enim, quod referat, fingere ineptum est, & mendacis potius, ac nebulonis, quam poëæ.

Argutia duplex est species, vñæ, quæ ex propositis, & narratis deducitur per aliquid, quod aut maius sit, aut minus, aut pars, aut aduersum, aut contrarium, aut quid aliud ex Scaligero. Et hæc pars altera epigrammatis est compositi, quæ nefum, & acrimoniam habet. Idcirco pugionis modo similis esse dicitur, quo punctum feritur bofis, modo scorpionis, qui caudæ cit: modo piperis ob acrimoniam, modo fellis propter amaritudinem. *Vide cap. vigesimum primum.*

Alteræ species est, quæ ex decoro, & imitatione nascitur. De qua Cicero in *Oratore* asserit, quācumq; narrationem decoro suo, & imitatione constare, habereque actionem posse, atq; apparere, vel ipsa rerum inter se proportione, vel ex metaphoræ usu: & qui rectè rem, & cum decoro exprimit, is rectè imitatur. Sed de poëica imitatione agimus in *Syntagmate de Lyrico poemate* cap. 3.

Ad hanc argutiaæ speciem refertur etiam venustas, quæ suavitatem gignit. Et epigramma suave dicitur, quod rotundum est, amarusque, & gratis verbis compositum, non distortum numeris, non hiulcum; sed quod orbem sententiae feliciter absolut, quodq; dulcem sensum, & comparationes gratas continet. Et hæc argutiaæ species efficit, vt simplex quodvis epigramma, ac superiora argutia carens nomen epigrammatis merito alle-

assequatur, præclarumque sit. Quia Catulliana plurima, & Martialis non pauc leguntur.

Ex prædictis Scaliger in poetica duo genera epigrammati seduxit, unum simplex, quod solam habet narrationem, nec priorem argutiam speciem recipit: alterum compositum, quod narrationem, & argutiam continet. De simpli prius agam.

Epigramma simplex in duo genera dividitur, in magis simplex, quod simplici narratione confectum sit, minusq; artificiose, & ornata: & in magis artificiosum, & cultum, ex multiplice narratione compositum.

## C A P. V.

### *De Epigranmate simplici.*

**I**N hoc genere exprimuntur causæ, effectus, & adiuncta proprijs verbis, & nominibus. Quæ versu, & imitatione expressa argutiam suam habent. Usupantur in simplicissimis quibuscumque narrationibus, in donarijs, epitaphijs, admonitionibus, alijsq; inscriptionibus. Multa leguntur huius generis apud Martialem, & prope omnia lib. 13. & 14. simplicissima sunt.

### Epigramma 4. Martialis de Anate.

Tota quidem ponatur Anas. sed pectori tanti.  
Ei cernit sapit: afferat redde coquo.

## Epigramma 5.

Eiusdem de Turture.

**Dum pinguis mihi Turtur erit, lactuca valebis,  
Et coqueras tibi habe: perdere nolo famam.**

## Enarratio.

Martialis appositis sibi in conuiuo pro antecæna leuioribus cibis, & vilioribus, lactuca, oītreis, cochleis, & similibus, dicit seruandam sibi esse famem delicioribus, & lauitoribus.

## Epigr. 6.

Eiusdem de Lactuca.

**Claudere quæ cenas lactuca solebat auorum,  
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes?**

## Enarratio.

Apud antiquos Romanos usus lactuce ad auertendam ebrietatem in fine cænæ erat, quod frigida sit: Iuniores deinde in cænæ principio ad conciliandam appetitiam usci lactucis cæperunt.

## Epigr. 7.

Eiusdem de Turdis:

**Texta rosis fortasse tibi, vel diuite nardo,  
At mihi de Turdis facta corona placet.**

## Enarratio.

In conuiuijs Romani coronis varijs utrebantur: sed Martialis iocans dicit non coronas ex rosa, aut ex folijs diuitis, i.e. lauissimi nardi, sed ex Turdis in catino, vel orbe cotis allatis sibi placere, qui non nares, sed stomachum impleant.

Epigr. 8.

*Eiusdem de Turdis, & Lepore.**Inter aves Turdus, si quis me iudice certet:**Inter quadrupedes gloria prima lepus.*

Epigr. 9.

*Eiusdem ad Lectorem.**Lemmata, si quaris, cur sint adscripta, docebo.**Vt, si malueris, Lemmata sola legas.*

Enarratio.

Lemma hinc est adscriptum epigrammatum,  
quod Lector fastidiosus legere posset, si di-  
sticha legere pigeat. cætera de Lemmate vi-  
de in capite penultimo opusculi.

Epigr. 10.

*Eiusdem descriptio vitæ modicæ.**Cauponem, laniumque, balneumque,**Tonsorem, tabulamque, calculosque,**Et paucos, sed etiam libellos,**Vnum non numium rudem sodalem,**Hac præstam ihi, Rufe, vel Bitonti:**Et Thermae tibi habe Neronianas.*

Enarratio.

Quietam, & modicam vitam etiam in vili  
loco transactam urbanæ, & lautæ præfert.

Quam ab adiunctis describit; cauponem, &  
lanium ad viatum habeat; balneum, & ton-  
sorem ad corporis curationem; tabulas, &  
calculos paucos, sed primos libros, sodalem,  
sive serum doctū ad animi relaxationem.

Hanc vitam, etiam Bitonti vili, & cōtempo

Apuliæ opidulo degens Termis Neronia-  
nis, id est luxui, & delitijs Romanis ante-  
ponit.

Eiusdem simplicem habens narrationem,  
quo ruris studium suum explicat.

Rure moras quid agam, respondeo paucarogatus;

Luce Deos oro, famulos, post aruare uiso,

Partibus arg; meis iustos indico labores.

Inde lego, Phabunq; cito, musamq; laccesso.

Hinc oleo corpusq; frico, molliq; palestra.

Prandeo, puto, cano, luuo, lauo, cano, quiesco;

Dum parvus lycnus medicum consumat olini-

Hec dat nocturnis nox luculenta Camænis.

### Enarratio.

*Luce Deos.* Primum Ethnicorum dici studium erat Diis operari, ac rerum omnium ab Ioue principium sumere. Quid Christianis facienda veri Dei cultoribus? Famulos deinde arua reuisebant, & famulorum opera. *Indico:* praescribo operas operarijs meis iustas partibus, pro iustis, & aequis partibus. *Inde lego:* postea studio, & carmina pango. *rio;* ex cito Phabum: metonymia praesidum pro rebus, quibus præfunt. *Hinc oleo:* sequuntur studia pomæridiana. *prandeo:* melior lectio, quam pondero. Nam licet Romani non pranderent ordinariè, saepe tamen prandebant præsertim ruti, senes, pueri, omnes saltem ientabant ex Plin. *Dum parvus.* sensus est, noctu carmina pango, dum viuit sychnus, deinde quiesco, et do est, nox dat hæc lucubrata carmina nocturnis Camænis; dum sec. & est histeron proteron.

Eiusdem non dissimile ad Sextum.

Sexte Palatine cultor facunde Minerue,

Ingenio frueris quis propiore Dei,

Nam tibi nascentes domini cognoscere curas,

Et secreta ducis pectora nosce licet:

Sit locus & nostris aliquarib[us] parte libellis;

Qua Pedo, qua Marsus, quaq[ue] Catullus erit.

Et Capitolini celestia carmina bello

Grande cōturnati pone Maronis opus.

### Enarratio.

Optar Marialis a Sexto, qui Domitiano  
à Secretis erat, & bibliothecarius, sua epi-  
grammata inter alios epigrammatarios po-  
ni: quod ut obtineat, eum commendat ab  
eloquentia. *Facunde*: ab honesto munere:

*Cultor Minerue*: & est periphrasis bibliothec-  
æ Domitiani, qui Mineruæ filius dici vo-  
luit. *Qui frueris*: qui versaris cum Domitia-  
no, qui se Deum appellari iussit, eiusq[ue] inti-  
mas animi cogitationes pernoscis, & scribis.

*Nam tibi*: ratio, qui à secretis eius, quod pe-  
riphrasticè dicitur: *Tibi licet*: pectora secre-  
ta: consilia, metonymicè. *Sit locus*: petitio est,  
colloca nostros libros epigrammatum inter  
epigrammatarios Pedonem, Marsum, Ca-  
tullum. *Et Capitolini*: pone heroica poemata  
eorum, qui bellum Capitolinum complexi  
sunt, & laudes Iouis Capitolini, ea parte,  
qua est Maronis opus, vel Domitianicarmi-  
na de bello Capitoline. nam præclarus poe-  
ta fuit, quæ ideo celestia dicuntur, quasi à  
Domitiano facta.

Aufonij in Cæcum, & Claudum:

*Insistens caco gradetur pede Claudus utroque,*

*Quo caret alterutrum, sumit ab alterutro.*

*Cacus namq; pedes clando, gressumq; ministrat:*

*At claudus caco lumina pro pedibus.*

Spinulæ superius imitantis.

*Infelix humero capius fert lumine claudum,*

*Et locat hic oculos, & locat ille pedes.*

Aufonij, quo ad modestiam exhortatur.

*Fama est fætibus canasse Agathoclea regens,*

*Atq; abacum Samio sape onerasse luto.*

*Fircula gemmatis cum poneret horrida rasis:*

*Et misceret opes, pauperiemq; simul;*

*Quarenici causam respondit, rex ego qui sum*

*Sicanie figulo sum genitore satus.*

*Fortunam reuerenter habe, quicunq; repente*

*Diues ab exili progrediere loco.*

Eiusdem de Diogene Cynico Philosopho.

*Pera polenta, tribō, baculus, scyphus arcta supellec-*

*Ista fuit Cynici: Sed putat hanc nimiam.*

*Namq; cauis manibus cernens potare bubulum:*

*Cur scyphete, dixit, gesto superuacuum?*

*Tribō: palliū tritū, et vile philosophorū Cynicorū.*

Claudian de Locusta.

*Horret apex capitis, medio fera lumina surgunt*

*Vertice, cognatus dorso durescit amictus.*

*Armauri natura cutem, dumq; rubentes*

*Cuspidaibus paruis multis acuere rubores.*

Epigr. 18.

Palladij epitaphium Virgili.

Primus ego Ausonio pastorum carmina versu  
Composui, & quo sint rur colenda modo.

Post quibus Aeneas Rutulos superauerit armis.  
Varis reliquias hac piaterra sonet.

Epigr. 19.

Eiusdem, de eodem.

Conditus hic ego sum, cuius modo rustica musa  
Per Sylvas, per rus venit ad arma virum.

Epigr. 20.

Eiusdem Ciceronis epitaphium.

Quicunq; in libris nomen Ciceronis adoras;  
Aspice, quo iaceat conditus ille loco.

Ille vel orator, vel ciuius maximus: idem  
Clarus erat factus; clarior eloquio.

Ac ne quid fortuna viris nocuisse putetur,  
Vetus in aeternum docta per ora volat.

Epigr. 21.

Eiusdem, Iris descripta.

Nubila cum Phabus perfundit lumine claro  
Tum fix, ut humor aquæ suffulgeat; atq; calores  
Subuaria specie iaciat mirabilis Arcus.

Epigr. 22.

Eiusdem de imagine in vnda.

Effigies liquido responderet ab aquore fontis;  
Qualis & à speculo simulatrix vnda resultat.

Epigr. 23.

Eiusdem de Amne glacie concreto.

Plastraboues ducunt, qua remis acta carina est,  
Postquam dirigi crassus in amne liquor.

Eiusdem de ortu solis.

*Aurea fulgebat roseis Aurora capillis,  
Et matutina rore madebat humus.*

*Terhyos undiuage cum profilit aquore Titan,  
Flammiferos vultus ore micante ferens.*

Incerti: mors trium.

*Sus, iuuenis, serpens casum venere sub unum:  
Sus iacet ex ictu, pede serpens, ille veneno.*

Eiusdem de eisdem.

*An quis, Aper, Iuuenis pereunt, vi, vulnere, mors sua.  
Hic fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.*

Eiusdem de eisdem.

*Sus, serpens, Iuuenis pariter periere vicissim.*

*Dente perit Iuuenis, pede serpens, porcus ab ictu.*

Quidij quatuor partium anni descriptio  
duplex.

*Vero, nouum stabat tintillum florente corona:*

*Stabat nuda astra, O spica ferta gerebat.*

*Stabat O Autumnus calcaris sordidus vuis.*

*Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos.*

Altera descriptio.

*Vere finum sellus aperit, floresq; ministrat:*

*Tempore solis ager messos fert pinguis aristas:*

*Ecundos Auerumne lacus de vitisbus implet:*

*Vix Hyems glacie currentes alligat undas.*

Epigr. 30.

Palladij superiora imitantis.

Ver placidum vario nocte de flore corollas:

Spicea fert a gerit calidissima solibus æstas:

Temporaq; Autum cingunt tua Bacche racemi:

Tristis Hymen montes nunc o velamine vestit.

Epigr. 31.

Eiusdem signa celestia describentis.

Signorum princeps Aries, & Taurus, & una

Tyndarida iuuenes, & feruida bracchia Cancris,

Herculeus Leo, Nemea, almag; virgo;

Libra iugo equalis pendens, & scorpius acer;

Centaurusq;, Senex Chiron, & cornua capri,

& Iuuenis gestator aqua, Piscisq; supremi-

Epigr. 32.

Virgilij in spectacula Augusti Cæsar. s.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula manè;

Diu sum imperium cum luce Cæsar habet.

Epigr. 33.

Eiusdem, quo id distichon vindicat.

Hoc ego versiculos feci, tulit alter honores.

Sic vos non vobis nidificatis aves:

Sic vos non vobis vellera fertis onus:

Sic vos non vobis mellificatis apes:

Sic vos non vobis fertis aratra boves.

Epigr. 34.

Eiusdem epitaphij de se ipso.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc

Parthenope, cecini pascua, rura, duces.

Epigr. 35.

Eiusdem de Daphnidæ ecloca. 5.

Daphnis ego in Sylvis hinc usq; ad sidera notus;

Formosi pecoris custos, formosior ipse.

Epigr.

Eiusdem ad donarium lib. 3. Aen.

*Aenea hac de Danais vitoribus arma.*

Ouidij de Phyllide elegans, & argutum.

*Phyllida Demophoon leto dedit hospes amante.*

*Ille necis causam præbuit, ipsa manum.*

Ausonij, sepulchrum vacnum loquitur.

*Me sibi, et uxori, & natis commune sepulchrum.*

*Constituit seras Carus ad exequias.*

*Iamq; diu monumenta vacant, sit queso querela*

*Lorgius, & veniat ordine quisq; suo,*

*Nasciendi qui lege datur, placidumq; per evum*

*Condatur, natu qui prior, ille prior.*

Eiusdem ex sepulchro viae Latinæ.

*Nan nomen, non quo genitus, non unde, quidegi.*

*Mutus in eternum sum cinis, ossa, nihil;*

*No sum, nec fueram: genitus tamen ex nihilo sum.*

*Mute, nec exprobres singula, salles exis.*

Martialis dulce, & flebile.

*Alcime, quem raptum domino crescentibus avris*

*Lauicana leui cespite velat humus,*

*Accipe non pharao nutantia pondera saxo,*

*Qua cineri rarus dat ruitura labor:*

*Sed fragiles buxos, & opacas palmis umbras:*

*Quaq; virent lacrymis humida prata meis.*

*Accipe cbare puer nostri monumenta laboris.*

*Hic tibi perpetuo tempore vinit honor.*

*Cum misi supremos Lachesis perneuerit annos:*

*Non aliter cineres mando iacere meos.*

In hoc epitaphio locus notatur ; ubi sit.  
*Lauicana humus.* idest *Lauicana via.* Nam  
olim sepulchra iuxta publicas vias siebant:  
ut prætereuntes mortalitatis admoneretur.  
Tangitur precandi modus ad sepulchra:  
*Leui cespite.* Cum enim mulier præfica, idest  
pretio conducta ad mortuum deflendum, &  
laudandum, verbum dixisset; *licet*, omnes  
precabantur, ut terra illi leuis esset. ornamé-  
ta sequuntur per collationem à minori ad  
maius: idest à minus diurno ad diuturnus.  
Dicit enim non se altissimum, & prodi-  
giosum e Phario marmore, id est Aegiptio  
sepulchrum excitare; quia talia labant, ac  
ruunt. *Accipe non Phario.* vetum buxo sem-  
per vidente ornatum ad perpetuum amore  
in seruum indicandum: edera, & vitis folijs,  
quæ poetarum symbola sunt; sertis ex pratis  
collectis, & carminibus, quæ æternum vi-  
uent; cū cetera fugiant. Sed fragiles. tandem ta-  
le sibi post obitū optat sepulchrū. *cum mihi.*

Epigr. 41.

*Sostagi de Primo Comite argutum, & graue  
epitaphium.*

*Pierides multo conspergite verè sepulchrum:*

*Laurigerum tumulo figat Apollo nemus.*

*Æterna eternos cineres ut protegar umbra;*

*Vt docta in violis molliter ossa cubent.*

*Occidit ecce Senex Insubrum gloria Primus;*

*Flos latij, Grai Laurea, palma Syri.*

*Insuber hos cineres sertis perfundat odoris,*

*Lacte Auson, vino Gracia, thure Syrus.*

Bene Musas hortatur, ut Primi sepulchrum  
ornent, & Apollinem, ut nemus, id est lucum  
ponat ad eius sepulchrum, ut in æternum  
vivat, qui tribus nobilibus linguis, latina,  
græca, syriaca florebat. In signes obseruentur  
tropi poetici. tale est illud Martialis de Pô-  
peio, & filijs infra cap. debreuitate epigr.  
alia habes cap. sequenti.

Nenia ad epitaphium referri potest: quæ  
carmen est ad rogum cantatum.

Epigr. 42.

Virgilij de Didone carmen lugubre sibi  
concinente. 4. Aen.

Dulces exuria, dum fata, Deusq; sinebant,  
Accipite hanc animam, meq; his exoluite curis.  
Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregit;  
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.  
Urbem præclaram statui, mea mania vidi.  
Uta virum penas inimico à fratre recepi.  
Felix, heu nimium felix, si litora tantum  
Nunquam Dardanida tetigissent nostra carina.

Elogium pariter huc spectat, quod est ce-  
lebre dictum in laudem, siue in vituperatio-  
nem numeris inclusum. qualia sunt duo su-  
periora Martialis, & Sossagi, & sequentia.

Epigr. 43.

Virgilij de Niso, & Eutialo.

Fortunati ambo: si quid mea carmina possunt:  
Nulla dies unquam memori vos exitit evo:  
Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum  
Accolet, imperiumq; Pater Romanus habebit.

## Eiusdem de Lauſo.

*Filius huic iuxta Lauſus quo pulchrior alter  
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.  
Lauſus equum domitor, debellatorq; ferarum  
Dignus patrijs qui letior eſſet  
Imperijs, & cui pater hand Mezenius eſſet.*

## Eiusdem de Caco in detestationem.

*Nequeunt expleri corda tuendo.*

*Terribiles oculos, vultum, villosaq; fetis  
Pectora ſemiferi, atq; extinito fauibus ignas.*

## C A P. V I.

*De epigr. funebri. & epitaph. rurſus, Cenatio-  
phio, & admonitione.*

**I**N funebri epigr. hæc laudationis, ac fu-  
nebris orationis præcepta scrueuntur, ia-  
ſignia magis, præcipua, & propriæ eius, qui  
laudatur, enarrantur: et tatis aliquando ra-  
tio habeatur, qua functus est, qui deplora-  
tur: nonnumquam temporis, aut loci, ubi  
cumulatus sit; & si quid insigne sit factum,  
mentio habeatur.

## Martialis de Scorpo Aurigatore.

*Frangat fenum cas tristis Victoria palmas:*

*Plange Fauor ſæua pectora nuda manu:*

*Muret Honos cultus, & iniqua munera flammis*

*Mitte coronatas Gloria mestia comas.*

*Heu facinus, prima fraudatus Scorpe iuuenia*

*Occidis, & nigros tam cito iungis equos?*  
*Curribus illa tuis semper properata, breuisq;*  
*Cur fuit, & vita tam prope metatue?*

*Enarratio.*

In hoc nobilissimo epigrammate celebrat poeta insigni ornatu poetico Scorpi laudes Aurigatoris excellentissimi, qui multas palmas tulerat, & immaturum eius fatum deplorat: qui vigesimo septimo ætatis anno e vita discesserat. In primis duobus disthichis hortatur victoriam, ut palmas frāgar. Quod victor Scorpis in Circō sæpe extiterit, modo fato victus existat: Fauorem, ut pectora sua percutiat: Honorem, ut in luctu vestem mutet: Gloriam, ut comam sibi tundat, & in flammas iniiciat more eorum temporum. In tertio est ratio: quia Scorpis in prima iuuenta locum aurigandi mutauit, id est occidit, & ad inferos descendit, vbi pro albis nigris vterur equis. In quarto argute cōcludit: ut eius currus priores semper in cursu flexerunt metas: ita vite metam æmulis suis prior flexit, cum obijt: ita ut meta illi semper proxima viuenti, ita & motienti fuerit.

Ornatus plurimi sunt, prosopopeia inanimis rebus affectum tribuens, ac sermonē: frangat. tum exclamatio, & apostrophe ad Scorpum: *Heu facinus.* Synecdoche speciei pro genere, *Idumeas: nobilissimas,* quod in Idumea feraces palmæ nascantur: metonymia signi pro re signata: *Palmas: victorias antecedentis pro consequenti: iungis equos:* id est curris. sunt eruditiores, mos plangendi

di in luctu, mutandi vestes, tondendi comas,  
& ieiuniandi eas in rogum cum cadavere.  
Plin.lib.4.c.2.Vita functi secundum veteres  
cadem actitabant, quæ viuentes egissent.

## Epigr. 47.

Eiusdem, de eodem breuius.

*Ille ego sum Scopus Clamosi gloria Circi,  
Planus Romatui, delitiæq; breues.*

*Inuida quem Lachesis raptum trieteride nona:  
Dum numerat pulmas, credidit esse senem.*

## Enarratio.

Hic fulget idoopopeia, excitata Scorpi  
mortui ad loquendum persona. *Clamosi Cir-*  
*ci*. Pœpulo acclamante victori Aurigatori.  
*Delitia breues*. quia citò morte raptus est.  
*Trieteride nona* anno vigesimo septimo. nam  
trieteris spatiū est annorum trium. Con-  
clusio arguta est, & maximam Scorpi laudē  
continet. Quia Parca sumeras Scorpi victo-  
rias tot inuenit, quot, qui fenes sunt, non re-  
tulerunt. ideo senem cum esse putans vita  
priuauit.

## Epigr. 48.

Eiusdem de Pantagatho seruo.

*Hoc iacet in tumulo raptus pueribus annis*

*Pantagathus domini cura, dolorq; fui.*

*Vix tangente vagos ferro resecare capillos*

*Dolus; & hirsutas excoluisse genas.*

*Sis licet inde sibi tellus placata, leuisque.*

*Artificis leuior non pot es esse manu.*

## Enarratio.

In hoc epitaphio Pantagathus puer ser-  
vus, & tonsor expeditus à Marciale Domi-

qui laudatur ab arte, & aetate: excitatur commiseratio. Vix, inquit, didicerat capillos refecare manu leuissima, cū morte absumptus est. & in postremo disticho eius levitas ingenis radendis amplificatur. Dicit enim non tam leuem terram esse ei posse, quam leuis, ac facilis eius manus fuit, cum tonderet, & haec propria tonsorum laus est. Hic telluris prosopopeia, & apostrophe ad eandem est.  
Sis lices.

## Epigr. 49.

Eiusdem de Fusco.

*Ille sacri lateris custos, Martisq; togati,  
Credita cui summi castra fuere ducis:  
Hic situs est Fuscus, licer hoc fortuna saceri,  
Non timet hostiles iam lapis iste manus.  
Grande ingum domita Dacus ceruice recepit:  
Et famulum vietrix possidet umbra nemus.*

## Enarratio.

In hoc epitaphio Fuscus à Martiale laudatur ab officio præfecti prætoris. *Ille Sacri* à munere demandato: *credita castra*. locus pariter à tuto: *Non timet*. Ratio, *Grande ingum* ornatus sunt periphrasis præfecti prætorij Domitianij: *Ille sacri*: sacer dicitur, vel quia imperator, vel quia Deus appellari voluit. alia Domitiani periphrasis cum hyperbole: *Martisq; togati, togati*, quia perduces bella gesebat, ideo sequitur: *credita cui*: apostrophe ad Fortunam, quæ in bello maxime regnat: metaphora: *Lapis non timet*: aliæ *grande ingum*: *umbra possidet*. Sinedochenaueri. *Dacus*.

Catulli inferias ad fratris tumulum vacuū  
celebrantis, & fraternalm pietatem acerbo  
luctu testantis. & cenotaphium dicitur,  
hoc est sepulchrum vacuum.

Multas per gentes, & multa per aquorae flus  
Adueni has miseras frater ad inferias.

Ut te postremo donarem munere mortis,  
Et mutum ne quidquam alloquerer cineremus

Quandoquidē fortuna mihi tecū abstulit ipsum,  
Heu miser indignè frater adempie mihi.

Hec tamen inserea, prisco quā more parentum  
Tradita sunt eritis munera ad exequias,

Accipe fraterno multo mananis a fletu,  
Atq; in perpetuam frater aut. atq; vale.

### Enarratio.

*Multas per gentes: e litore Troiano, ubi  
fratrem tumulauerat. Inferias: sacrificia in  
honorem mortuorum. Munere mortis: peri-  
phrasis inferiarum. Munera: hostias ma-  
tas, & cæcira de titu sacrificia.*

Ausonij Epithaphium Didonis.

In felix Dido nulli bone nupta marito:

Hoc perenne fugis: hoc fugiente persis.

### Enarratio.

Dido priore marito Sicheo à fratre inten-  
fecto, ut eius clausuro possetur, eiusdem  
fratris Pigmalionis metu perniciem reliquit:  
ab altero, Ainea deserta se interfecit. Virg.  
4. En.

Sulpicij Luperci in tumulum Lucretiae.

Cum foderet ferro castum Lucretia peccatum,

Sanguinis & torrens egredetur: ait:

Testatur cunctis me non violasse pudorem.

Anne virum sanguis, spiritus ante Deos.

Quam bene producti pro me post fati loquuntur,

Alter apud Manes, alter apud superos.

## Epigr. 53.

Eiusdem in epitaphium de Catone.

Ictu non potuit primo Catō soluere vitam.

Defecit tanto vulnere vitta manus,

Aleus inferuit digitas, qua spiritus ingens

Exiret, magnum dextera fecit iter.

Opposuit Fortuna moram, inuoluitq; Catonis

Scires ut ferro plus valuisse manum.

## Epigr. 54.

Eiusdem Epitaphium Pompeiorum.

Magne premis Libyam, fortes tua pignoranatū

Europam, atq; Asiam, nomina quanta iacent.

## Epigr. 55.

Eiusdem Idem epitaphium illustrans.

Mēbra patr̄ Libico posuit male recta sepulchro:

Filius Hispana est vix ad pertus humo.

Sexte Asiae fortis tenes, deuera rurine est.

Vno non potuit tanta iacere solo.

## Epigr. 56.

Martialis Epitaphium Latini.

Dulce decus scena, ludorum fama Lacinus

ille ego sum plausus, deliciaq; tua,

Qui spectatorem potui fecisse Catonem

valvere qui Curios, Fabriosq; et auestis

Sed nihil à nostro sumpsit mea vita theatras.

*Et solas tantum Scenicas arte feror:  
Nec poteram gratus domino sine moribus esse,  
Interius mentes conspicit ille Deus.  
Vos me Laurigeri parasitum dicite Phabi,  
Roma sui famulum dum. Sciat esse Louis.*

## Enarratio.

Latinus Mimus se amorum innocentiam laudat. quod, licet improborum morum in scena gestu exprimeret, suis moribus eos non referret. *Decus scene.* Idem supra dixit de Scorpore Aurigatore. Posuit fecisse: ratione virginitatis. Soluere: eorum mentes grauibus curis liberare, vel leuare. *Sumpsic mea vita.* In arte mimia louis, & lascivis gestu, animo vero grauis, & pudicus. *Nec poteram.* probat hoc Domitiani testimonio, cui placebat sua probitate, qui ut Deus mentem inspiciebat. *Vos me:* Mimi, & histriones olim poetarum carmina recitantes. Phabi poetarum Dei parasiti vocabantur. *Roma sui Louis:* Domitia ni famulum, & aulicum pularium, cui placebo.

## Epigr. 57.

Marialis Admonitionis exemplum  
ad Sabellum.

*Quod non insulte scribis retrostica quedam,  
Disticha quod belle; pauca, Sabelle, facis:  
Laudo, nec admiror. facile est epigrammata bella  
Scribere: Sed librum scribere difficile est.*

## Enarratio.

Pauca quedam epigrammata condere non difficile est: sed libros epigrammatum domorum, ut Marialis scripsit, arduum ob-

30 *De Epigrammate*  
magnam rerum, & argumentorum copiam.  
Hinc magna Martialis laus.

Epigr. 58.

Bonciarij in effigiem D. Pauli.  
Reconde gladium Paule, buceinam cape.  
Martemq; cantu, non manu  
Asse: Imperator te tuus renuncias.  
Tibicinem, non militem.

Epigr. 59.

Vincentij Galli respoasio.  
Doctori placuit meo

Me certare manu, voceq; strenue

Eum mundi illecebris: manum

Nos ergo gladius dedecet hic meus.

Epigr. 60.

Eiusdem de Gloria.

Sponte virum sequitur fugientem Gloria lucens:  
Sectantem refugit. Vanus hic, ille sapit.

Epigr. 61.

Ioannis Baptissae Plantanidæ.

De Psitaco annos fere centum agente Io-  
quacissimo ferui cuiusdam incuria e nau-  
aquis suffocato.

Ora gravis, sensiq; gravis cadit Indicus Ales,  
Inq; suum condant ultima fata simum.

Edocuit quiste armorum tam pondere pressum:  
Littora adire? gravis eun lapis ipse cadis.

Nunc artes agnoscere tuas Neprune per undas:  
Auctale eloquium, consiliumq; capis.

Epigr. 62.

Eiusdem, de eodem.

Antea pradulei currebat lympha fusuro,  
Currebat lacito per vada muta pede.

Psisa

*Pfinacis adinxit linguam, fecitq; loquacem.  
Post hac mille sonos articulata dabit.*

## C A P. V I I.

**M**A PATER epigramma ex Gasplie, pura que narratione cuius decoso conscriptum epigramma meritò appellari. Itaq; quod ar, iuficio siiore ornatiore, multipliciò narratio ne constructum erit, multò etiam verius appellabitur, etiam si alterum argutiae genus in eo desiderabitur. Ut exemplatum ex versa, tum ex ficta narratione sumpta declarandum.

Epige. 63.

*Martialis ex vera narratione de Scenola.  
Dum poteret regem deceperat Satellite dextra,  
Insecit sacrissè peritura foci.  
Sed tam facia pius miracula non tulit hostis,  
Et raptum flammis iussit abire virum.  
Vrere quam potuit contempto Mutius igne,  
Hanc spectare manum Porsena non posuit  
Maior decepta fama est, & gloria dextra:  
Si non errasset: fecerat illa minus.*

Enarratio.

Obscessa Roma à Porsena Etruscorum rege, Mutius Scenola in eius castra venit, dum stipendium militibus dabatur, & eius scribam, quem Martialis Satellitem vocat, pari fere ornatu cum Rege sedentem pro rege obituncat. ob quem errorum dextram sponte foculo ad sacrificium accenso adiecit. Unde ab adusta vola manus Scenola nomen inuenit, hoc est sine vola. Sed tam Rex tante

miraculo prope attonitus iussit eum ab igne  
moucri, pacemq; cum Romanis fecit. *Vxere*  
*quam*: Ratio est, quia rex perpetui spectando  
nequiuit, quo Mutius ferre potuit. Adde ob-  
timorem salutis à Mutio iniectum. Quod  
dixisset trecentos iuuenes Romanos in eum  
coniurasse. *Maior decepta*: conclusio per ac-  
clamacionem, & nobile dictum. Quod in en-  
comiasticis à poetis fieri solet. Sententia est  
maiores sibi gloriam errando dexteram cō-  
parasse, quam si armata regem obruncaſſet.  
Non enim tantum profuſſet, nec bellum  
terminaſſet.

## Epigr. 64.

*Pentadij poctæ de eodem Scenula.*

*Lictorem pre rege necans nunc Mutius ultro*

*Sacrifico propriam concrētā signe manus.*

*Miratur Porſena virum, pœnamq; relaxans*

*Maximacum obſeffis fæderi vītor inīc.*

*Plus flammis patriæ cōfert, quam fortibus armis*

*Vna domans bellum funere dextra ſuo.*

## Epigr. 65.

*Martialis in commendationem Traiani.*

*Terrarum Dea, gentiumq; Roma,*

*Cui par est nihil, & nihil secundum.*

*Traiani modo lata cum futuros*

*Tot per ſecuta compararet annos*

*Et fortem iuuenemque, martiumq;*

*In tanto duce militem videret:*

*Dixit præſide gloriſo tali,*

*Parthorum proceres, ducesq; ſerum,*

*Thraces, Sauromata, Geta, Britanni,*

*Poſsum ostendere Caſarem, venite.*

Sola narratione, sed illustri, ac vñica periodo absolvitur hoc epigramma. Pulcherrimum habet, tanquam præludium, Romanæ vrbis elogium. Quod Lipsius inter nobilia collegit, primumq; posuit. Ideam oprimi principis sub Traiani persona piëtam continet. epigr. argumentum est, Romam terrarum orbis dominam, cum Traiani plurimos annos volueret futuros, dixisse omnes populos bellicosissimos eius virtutem formidaturos, atq; armis cessuros. Ornamenta sunt Elogium metonymia illustratum. *Roma*: pro Romani, Epitheton metaphoricum, & hyperbolicum. *Dea*: quod mortali collatione careat. *Cui par*: aliud adiunctum: *Modo leta*: congeries laudum Traiani; qua Pop. Romanum per multos annos pace fructuum dicit: qua ratione ei ætatem diuturnam prædicit: *Cum futuros*: tum à fortitudine enim effert; à iuuentute, à peritia, & fortuna bellica: *Et fortem*: à dupli munere imperatoris, & militis in prælijs: *In tanto duce militem* videret Quæ etiam Plinius in Papug. Traiani, alijq; complexi sunt. Prosopopeia: *Dixit*: *Tals præside*: custode. Feroce populos terret, ne deficiant, aut bellum sibi moueant.

## Epigr. 66.

Eiusdem de Portia.

*Coniugis audiisset fatum cum Portia Bruti,**Et subracta sibi quereret arma dolor:**Nondum scitis, ait, mortem non posse negari?**Credideram fatis bac vos docuisse patrem.*

34 De Epigrammate  
Dixit, & ardentes auro bubit ore fauillas:  
Inuic, & ferrum curva molestanega.

Enarratio.

Portia Catonis Uticensis Filia accepto  
mancio de morte Bruti coniugis sui, qui pa-  
riter mortem sibi consciuerat, ne in victoris  
Cæsaris veniret manus; de quo Val. Max.  
lib. 5 cap. 11. cum ferrum ei sublatum esset,  
ne se incerimeret, dixit mortem negari non  
posse, adducto exemplo patris sui, qui se in-  
terfecit, quod victorem Cæsarem ferre non  
posset. Quo dicto ardentes carbones ore hau-  
sic, & ita interiit. clauditur epig. insultatio-  
ne, & ieiunione coram, qui ferrum abstule-  
bant, ne se occideret.

Epig. 67.

Eiusdem de Leone Cicurato.

Verbera secus solitus Leo ferre magistris  
inseriamq; pari blandus in ora manum:  
Dedidicit pacem subito feritate reuersa,  
Quam nec in Lybiciis debuit effingis.  
Nam dno de tenera puerila corpora turbat,  
Sanguineam rastri squa renouabat humum.  
Scrus, & infelix furiali dente peremit:  
Marta non vidit maius arenam nefas.  
Exclamare liber, crudelis, perfide, predo,  
An altra pueris parcere disce Lupa.

Enarratio.

Leo domus sicur set trans per Amphiteatrum  
ad pristinam scevitiem statim reuersus  
duos adolescentes, qui ibi cruentiam arenam  
sanguine ferarum, & gladiatori rati renoua-  
bant, præter expectationem inuasit, & in-

omnium conspectu laceravit. Verbera securis,  
 Quam cicur, domitusq; effet leo ille, de-  
 claratur. Nam magister eius securus, & si-  
 ne timore lestromis cum verberabat; & in  
 eius ora manum tuto inferebat: *Dedidicis*  
 statim oblitus lenitatis ad pristinam feroci-  
 tam rediit, quam collatione exaggerat.  
*Quanta nec:* Ia Lybia enim plurimi, ac fero-  
 cissimi sunt leones: in quibus tamen tantum  
 non debuit esse ferocitas. hic sunt metapho-  
 rae ab homine ad brutum: *Dedidicis pacem*.  
*C. c. ab animali ad non animali:* *Feritare reuer-*  
*sa:* metonymia subiecti proadiuncto: /n iu-  
 gis Lybici pro leonibus montium Lybie.  
*Nam duo facti expositio schemata funk;* *In-*  
*felix,* metonymia ab effectu, quod reminiscen-  
*tia commiserit, necem videlicet.* *Euriat*  
*dente,* à Ditis translatio: *Corpora puerilia.*  
*duos pueros:* synecdoche partis prototo, cu  
 cospore, & anima constarent. *Maria arena-*  
*periphrasis Amphitheatri per Synecdochē*  
*partis pro toto, & metonymia continentis*  
*pro re contenta, id est spectatoribus.* *Mari-*  
*ta:* *Marii lacra.* Nefariora ab homi-  
 ne, qui nefas committere potest, non ferat.  
*Marus saeculus:* Erat maius, cum sancti feris  
 obijciebantur lacerandi. *Exclamatio.* claus-  
 dit epig. exclamations, & apostrophe ad  
 leonem, & exemplo dissimili Lupæ, quæ no-  
 tæ fit, sed nutritivit Romulum, & Remum  
 fratres: ubi est disunctor? & metaphoræ  
 crudelis, perfide, prædo, disce: Et hæc sunt  
 epigrammata ornant, & arguta faciunt,

etiam sicut et altero argutiae genore, quod tamen hoc habet per exclamationem.

## Epig. 68.

Eisdem de Vipera in ore Urse.

Proxima ceteris ostenditur ursa columnis,

Exornant fite que Platanona, fera.

Huius dum pasculos alludens tentat hiatus;

Pulcher Hylas tenerans mersit in ora manus.

Vipera sed caco scelerata latebat in ore:

Vinebatq; anima deteriore fera.

Non sentit puer esse dulos, nisi dente recepto,

Dum perit; ofacinus, ausa quod Ursæ fuit.

## Enarratio.

Poeticam, & illustrem habet enarratione hoc epigramma. Describitur locus ursæ martis ab adiunctis, quæ porticus Pompeiana centum columnis sublata, ut quidam putant, cui proximus locus erat platanis congius, quem platanonam vocat: porticum exornabant adiunctæ statuæ diuersarum ferrarum, inter quas ursa hianti ore visebatur, in cuius ritu vipera latebat. Puer Hylas experiri volens oris, & faucium profunditatem, & ad feram alludere, manum inferuit, quam vipera momordit, quo morsu puer interit. Clauditur epigramma exclamatione à eo indignitate, & ab admiratione inducta admiratio, quia Ursæ falsa, & mortua in ore id egerit, & per metonymiam Ursæ attribuit Viperæ facinus indignatio, quia puer innocentia, & eleganti non pepercerit. Organus efficientes argutam narrationem sunt proxima ceteris: synecdoche partis prototypæ.

porticus sublata centum columnis. fera fūta? nam statuarij fingere, & pictores pingere dicuntur. *Platanona*: locus platanis consitus porticu adiunctus. *Pulcher Hylas*: elegans, ut Hylas Theodamantis filius ab Hercule raptus, & amatus. synecdoche speciei: alludens, blandiens more puerorum. *Hiatu* patulos: fauces patentes. *mersit*: intulit. *Vipera scelerata*: scelus admissura. *cæco*: tenebroso metaphorā ab animali: viuebatq; Vrfa habebat in se bestiam viuentem, metonymia de-  
teriore: magis pestifera, cum alias Vrfa veno-  
num non habeat non sensit nō aduertit exti-  
tūna, nisi postquam morsus fuit, & perire  
cœpit. *Ausa*: quod metonymia continentis  
pro te contenta, alia lectio legit, falsa vrsa,  
quia non vera, sed mormorea.

## Epig. 69.

Eiosdem de puerο glacie iugulato.  
*Qua vicina pluit Ripsanis porta columnis,*  
*Et madet assiduo lubricus imbre lapis.*  
*In iugulum pueri, qui rostida templa subibat,*  
*Decidit hiberno prægrauiis unda gelu.*  
*Cumq; peregrisset miseri crudelia fata,*  
*Fabuit in calido vulnere mucro tener.*  
*Quid non saua sibi voluit fortuna licere?*  
*Aut ubi mors non est, si iugulatis aqua?*

## Enarratio.

Cum puer rectum subiret portæ vicinæ  
 porticu Ripsani consulis, quæ columnis cē-  
 sum ornata erat, stiria decidit, e tecto pen-  
 dens in eius iugulum, qui interemptus fuit.  
 Huius facti argutam narrationem vario or-

nam fecit poeta, demonstratione loci, vbi res facta fuit. Qua: nempe parte, posta vicina: columnis Ripsanis: porciu Ripsani, quæ centum columnis ornata erat, & syncedoche est partis prototo. *Lapis lubricus*: paumentum lapideum; alia syncedochæ eiusdem genetis. *lubricus*: præceps, ut imbre madens. *rosida*: humida non sote, sed aqua pluia. syncedochæ speciei pro specie, *onda* prægravis: periph: afis stiriaz, qua ex unda conatur, id est aqua congelata, & gelu prægrauis facta. *Decidit in iugulum*. puerum iugulavit. *peregrisset*: occidisse, periphrasis. *Crudelia* metaphoræ ab homine. *Mucro teneri*: metaphora proportionis molliæ sticæ ex aqua non dura est, ut mucro ferreus in aqua resolutus est. *in caldo vulnera*: in calido vulneris sanguine, metonymia causæ pro effectu. *Quid non*: Epiphonema confectionem habens. *iugularis aquæ*: apostrophe ad aquam. Nihil hæc narratione figuratus, nihil elegans, & ita quævis popularis sententia per regina effici potest.

## Epig. 70.

## C. Cæsaris Germanici de codem argu-

mento.

*Trax puer adstritto glacie cum ludit in Ebro,*  
*Frigore concretas pondere rupit aquas.*  
*Dumq; imæ paries rapido traherentur ab arane;*  
*Ab scedice tenerum lubrisatestacaput.*  
*Orba quod inuentum mister dum condenseraturna*  
*Hoc peperi flampus, cetera, dixit aquis.*

Venustissimum est hoc epigramma. In  
brisacesta: fragmen glacie: mater orba: filio  
priuata. Quod caput tantum, dum conderet:  
capitis cinctes reponeret in urnam more au-  
tiquorum. flammis: quia caput tantum incue-  
mit, & combustus. cetera: membra aquis; quia  
ab anno rapido ablata fuerunt.

## Epig. 71.

Marialis de Gallo Lingono Sacerdote  
Cybeles.

Dum reperit sera conductos nocte penates:

Lingonus a recta, Flaminiaq; via.

Expulit offenso viuacum pollice solum,

Et iacuit raso corpore fusus humus.

Quid faceret Gallus, qua se ratione moneret?

Ingenie domino feruulus vnu erat,

Tans macer, ut minimâ posse vix ferre lucernâ,

Succurrit misero casus, opemq; tulit.

Quatuor inscripto porabant urle cadaver;

Accipit infelix qualia mille rugae.

Hos comes inualidus summissa voce precatur,

Ut quocumq; velint corpus inane ferant.

Permutatur omnis, si paraq; collitur alte

Grandis in angusta sarcina Sandapila.

Hic mihi de multis vnu, Lucane, videntur,

Cui merito daci mortae Galle posent.

Lingonus offeno pede eliserat salutem;  
quem iacentem Vespiliones, id est mortuo-  
rum elatores à sesuulo Lingoni rogati domum  
retulerunt in Sandapila; hoc, & terro de-  
posito cadavere, quod efficit bane. Evidenter

**De Epigrammate.**

admodum narratur factum. Persona describitur à patria; *Lingonus*: Lingoni populi sunt Galliæ; à paupertate, conductos penates, conductam domum ære: à munere, *Gallus*: id est eastratus Sacerdos Cybeles à loco; restatia: ab eo, quod illi euenit; decidit, & elisit sibi talum, læsit pollicem pedis. talum est os quadratum in articulis pedum, & pro calcaneo sumitur. *expansus*: e loco mouit. Ab euentili, &c. à desperato auxilio; quid faceret: quid facere posset? nihil ratio desperationis, quia unum tantum habebat servulum, tenuem mactum, & exanguem, & ipse ingens era; præpinguis & vasta mole corporis. succurrerit. a casu adiutus fuit servus, ut opem domino ferret. *Quatuor*: causus expositio; forte quatuor servi industi fratribus literis, ut noscerentur, unde & literati dicebantur: servi exportabant vilis hominis cadaveris: servi enim publici ad id erant destinati. Accidit describitur vilitas cius cadaveris, ex eo sumero quæ rogas vias milie vna accipit, alia enim plura in unum rugum comburenda compiciebantur. *Hos vias*: seruulus iacentis Galli illos cadaveris porta roses rogavit, ut cadaver illud in quemcumq; locum, & angulum deponant, & dominum suum tollant, domumq; deferant, permittant opus; cadaver alio cadavere, vndo postea: *Mortue Gallo*. *Grandis Sarcina*: Galli benc saginati: *Aspara*: vel à seruis, vel per vim inicta tollitur in sarcapila angusta tan. corpori, *Hic niki*. Quid sentiat de hoc

Gallo dicit, ob eius obscuritatem, paupertatem, & naturam Galli semiuiti, quod Sacerdotes Cybeles castrarentur; sibi videri, ut mortuum, nam clari, doctiq; viri ab inventis tantum distare dicit philosophus, quantum à viuis mortui.

## Epig. 72.

Eiusdem fictæ narrationis exempl. in laudem Domitiani.

*Iuppiter Idei risit mendacia busti,  
Dum videt Augusti Flavia templa poli.  
Atq; inter mensas largo iam nectare fusus;  
Pocula cum Marti traderet ipse suo.  
Respiciens Phæbum pariter, Phæbiq; sororem,  
Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat.  
Gnoscia vos, inquit, nobis monumenta dedisti.  
Cernite, quam plus sit Caesaris esse parem.*

## Enarratio.

Iupiter conspecto templo Domitiani, qui erat è Flavia gente, patri suo Vespasiano structo, fingitur contemnere sepulchrum sibi à Cretensibus post mortem conditum. *Idei mendacia busti.* Sepulchrum cretensa mendax. Ibi enim Iupiter bustum suum, id est cineres vestulati corporis non habebat, nō enim mortuus erat semper viuens. *Tempia Flavia,* quæ alter polus sunt æmulazione, hyperbole. Atq; inter mensas: in Deorum conuiuio bene potus, & poculum Marti hauriendum porrigenus, & simul Phæbū, Dianam, Herculem, & Arcadem simul acumbentes respiciens dixit se Deorum parentem. *Cretensia monumenta,* id est sepulchrum

chrum ab eis accepisse longe inferius magnificientia, & maiestate Domitiani templo. Ideo maller esse Domitiani, quam Deorum parens. A peccato hic Poeta Domitiano adulatur, tam hyperbolice templum illud extollens.

## Epig. 73.

Eiusdem de Lycoride fabulosa.

*Qui pinxit venerem tuam Lycori,*

*Blanditus, puto, pictor est Minerue.*

## Enarratio.

Male pictam esse Venerem Lycoridis arguit afferit, quia pictor adulatus sit Minerue: quam fabulantur in Paridis iudicio cum Venere de pulchritudine contendisse, superiaramq; fuisse.

## Epig. 74.

Pollucis poetæ antiqui de Hermophodrito.

*Cum mea me genitrix grauida gestare in alio,*

*Quid pareret, fertur consuluisse Deos.*

*Mas est, Phabus ait; Mars famina, Iunoq; neutrum:*

*Cunsq; forem natus, Hermophodritus eram.*

*Quarantis letum Dea sis ait, occidet armis,*

*Mars cruce; Phab⁹ aquis, fors rata queq; fuit.*

*Arbor obumbrat aquas, ascendis, decidist ensis,*

*Quem tuloram, casu labor O ipse simul.*

*Pes hec ramus, caput incidit arme, tuliq;*

*Famina, vir, neutrum flumina, tela, crucis.*

## Enarratio.

Fictæ narrationis, & fabulosæ est, totumque argumentum, præfertim verð in cœda. Propterea Politianus dignum putauit, ut græcum Græcis ficeret.

Epig. 75.

Partenij, quo Acon pastor Zephiris coros-  
nam dicat pro Leucote cum Diana  
venantii, ut eam seruat ab æstu.

Luteolæ hæc cultæ, hosq; immortales Amaræus  
Collapsos pleno Clorisdos egremio.

Sernat Acon vobis Zephiris, texitq; coronans;  
Conueniunt vestris mollias ferta comis.

Vos modo Leucothaen, Nemphis dura immixta  
Diana,

Et singit salutis, prosequiturq; feras.

Incolumen seruate æstu: neu mollia ledat,  
Oraq; neu redeat sole perusta domum.

Epig. 76.

Antonijs de Lepard capto, & canem marino,  
non nihil veræ, & false narrationis  
habens.

Trinacrijs quondam currentem in litoris ora  
Anic canes teponencarulus rapuit.

At lepus: in me omnis terre, pelagiq; ruina effus  
Forfex an O' calis: si canis astratenet.

Epig. 77.

Eiusdem Danubium loquentem tunc Au-  
gustus Cæsaribus inducentis per pro-  
fopopeiam, que ad fictam narra-  
tionem pariter spectat.

Myriscis regnator aquis ribi Nile secundas  
Danubius latum profere fonte caput.

Saluere Augustos iubeo, natusq; patremq;  
Armiferis alui quos ego Panoijis.

Nuncius Euxino iam nunc volo carere pontio:  
Ut sciatur hoc superum cura secunda Valens.

Cede, fuga, flammis stratos perisse Sueos,  
Nec

Nec Renum Gallis limitis esse loco.  
 Quod si legem maris refluxus mihi curreret amnis :  
 Huc possem vicos inde referre Gothos .

## Epig. 78.

Biusdemi; quo Echo pictorem alloquitur.  
 Vane, quid affectus faciem mihi ponere, pictor,  
 Ignoramq; oculis solicitare Deam ?  
 Aeris, & lingua sum filia, mater inanis  
 Indicq; vocem quæ sine mente gero.  
 Extremos pereunte modos à fine reducens;  
 Ludificata sequor verba aliena meis . -  
 Auribus in vestris habitu penetrabiliss Echo .  
 Et si vis similem pingere, pinge sonum;

## C A P. VIII.

## De Epigrammate composite.

**E**pigramma compositum ex Scaligero.  
 Illud est, in quo aliud deducitur ex  
 propositis, & explicatis: quod aut maius,  
 aut minus sit, aut par, aut diuersum, aut cō-  
 contrarium, aut quid aliud, & quod deducitur,  
 argutia nominatur. Hæc in disticis propo-  
 sitionis ratio est. quæ vel in posteriore versu  
 est, vel etiam in priore. in longioribus verò  
 epigrammatibus scire in postremo disticho in-  
 esse solet.

## Epig. 79.

Martialis ad Pontilianum.

Cum non misso meo tibi Pontiliane labellos?  
 Nemisi tu misras, Pontiliane, tuos.

In priori versu est propositio, in altero argutia, quia innuit Pontiliani libellos esse pelimos.

*Epig. 80.*

Eiusdem ad eundem.

*Sepe Salutatus, nunquam prior ipse salutas:*

*Sicut eternum, Pontiliane, vale.*

*Enarratio.*

Hic argutia est in propositione, & propositio secundum locum tenet: & est, te mortuum Pontiliane amplius non salutabo. Eum enim mortuum esse inquit, quia mortuo vale eternum dicebatur: sed re vera humanitatem, & amicitiam in eam esse significat. ratio est, quia cum, saepè cum Martialis salutasset, numquam prior ille Martialem salutauisset, nec cum salutaretur, salutabat.

*Epig. 81.*

Eiusdem ad Carisianum.

*Nil lascinius es Carisiano.*

*Saturnalibus ambulat togatus.*

*Enarratio.*

Propositio arguta est, Carisianum pauperium esse, quod tamen ascibit summae lasciuiae per irrisiōnēm. Ratio est, quia contra morem Senatorū, & Equitum Romanorum saturnalibus erat togatū incedere: quibus positis togis syntheses sumebantur, quae erant vestes breves senatoriae, consuetae, & contextae compositione quadam versicolori. Et Carisianus, ob paupertatem synthesim non habebat: idēc togati ferebat.

Vide plura disticha in cap. de breuitate epigrammatiſ . ad pleniora tranſcamus.

## Epig. 82.

Eiusdem in laudem Neruæ Traiani.

Tanta iſbi eſt recte reverentia Cesar, & equis:

Quanta Numa fuerat: ſed Numa pauper erat.

Ardua rea bac eſt i opibus non tradere mores:

Ei cum tot Creses viceris, eſſe Numam.

Sed redcant veteres, ingenua nomina patres,

Elyſium diceat ſi vacuare nemus:

Te volces in multus pro libereſte Camillus:

Aurum Fabricius et tribuente uoleſt.

Te duce gaudebat Brutus: iſbi Sylla cruentus.

Imperium uaderet, cum poſiturus erit.

Et te priuato cum Cæſare Magnus amabit:

Donabit totas & iſbi Crassus opes.

Ipſe quoq; inferni renocatus Dicit ab umbris

Si Cato reddatur, Cæſarianus erit.

## Enarratio.

In hoc epigrammate nire Nerua ab æquitate effertur per multas comparationes, unde maius educitur: prima collatio eſt æquitatis Nerua cum sanctitate Numa Pompilij secundi Regis Romanorum, prius a parti tanta quanta cum a minori ad maius ratione minorum opem: ſed Numa: ſequitur ratio gnomica, quia difficile eſt in magnis opibus, quanta Neruæ erant, & multorum Cæſarum diuitias ſuperabant, eſſe eam sanctū. Ardua teſt. Si redcant: propositio confectionis multorum Romanorum cum Traiani virtutibus: Elyſium: commendatio a nro.

more. Pares ingentia nomina in præstantia.  
Te volest. numeratio multorum. Camilli, qui  
mallet Neruam principem, quam suam li-  
bertatem. Hic ex ut dictator creatus libe-  
ravit ingratam patriam ab excidio Gallo-  
rum. Val. Max. Florus, & alij tum de hoc,  
tum de sequentibus agunt. Fabricius maxi-  
mæ abstinentiae, & paupertatis vir, nerua  
tribuente aurum acciperet propter opinio-  
nem illius integritatis. Brutus assertor li-  
bertatis, & regum Romanorum elector  
Tarianum regem velle. Sylla dictaturæ  
vsurpatur eam sponte Nerus traduceret. Cæ-  
sar, & Pompeius imperij audi cum impera-  
tores amarent. Tandem Cato, qui se inter-  
fecit, nè Cæsarem victorem videret, Nerus  
seruire magis velle, quam libere vivere.  
Quod quidem omnium maximum est, ut  
pronomen, ipse, & nomina Cæsarianus erit,  
indicant, que maximam emphasis habent.

## Epig. 83.

Eiusdem de Leone, qui gubernatorem  
offenderat.

*Ieserat ingrato Leo perfidus ore magistrum  
et Aufustam notas coniungerare manus.*

*Sed dignas tanto perfoluit criminis penas,  
Et qui non tulerat verbera, telatulit.*

*Quos decet esse hominū tali sub principe mores,  
Qui imber ingenuum misus esse feris?*

## Enarratio.

*Cæsar laudatur a Clementia, qu'òd iusse-  
git leonem illum, qui suum gubernatorem  
Ieserat, celis poscuri, quia iura humanita-*

tis præter motem iam mansuetus violasset :  
Hic maius deducitur , Cæsarem cupere ho-  
mines esse humanissimos , qui feras iussit  
esse humanas , puniendo tam grauitate im-  
mites . Quos decet .

Maius etiam deducitur in primo Martia-  
lis epigt. in quo Amphitheatrum Tiberij  
Cæsaris sex orbis miraculis præfertur .  
Quod in fine opusculi positū plene explica-  
tut. Epig. 84.

Vincentij Galli in selectis Epist.  
Iacobi Vectiani .

Quem fœtum , Iacobe , tuum tam suspicitorbis .  
Lemmata non poterat nobilitore frui .  
Selecti quid quid Ciceronis epistola condit ,  
Plinius arguti : pandis utrumq; carus .  
Plinius hinc aleer , Cicero quod diceris alter ,  
Est merito: amborum quod fuit , unus habes .  
Talia Dedalea mensis cum duplicis aequis  
Marte tuo , ingenu gloria quanta tuis ?

Epig. 85.

Iacobi Vectiani responsio .

Quod tibi vel Ciceron video , vel Plinius aleer ,  
Pace tua , nimium , Galle deserte , vides .  
Quam procul a fulvo Iouis alete Sittarecedie ,  
Quam procul a pleno flumine riuis abest :  
Tam procul utroq; beu , magno discremine lin-  
quor ,

Dicit alego veteris dum preiosâ Lata .

Tu potes Arpiniq; decus , decus atq; Secundi .

Unus in exhausto premere , Galie , Stylo .

Unde igitur factū dicam , ut me parua sequentiē .  
Sic laudes ? eecus nempe Amor imposuit .

Francisci ~~Æ~~mundi de B. Virginis natali  
ad S. Annam parentem in quo  
maius educitur.

Fausta parens nimium partus contempne dolo-  
res:

Gaudia quanto tuo parta dolore manent?

Aspice, quos fundat vultus puerilis honores;

Quancus & en placito fulgeat ore decor.

En ad vagitus nata descendit Olympus:

Quin etiam ipse sua labitur arce Deus:

Quid poterit maior: si iam sine viribus infans

Supremo in terras euocat orbe Dium?

Epig. 87.

Casa nouæ de Demosthene, & Cicerone.

Quod maius lumen, Demosthenis, an ciceronis?

Hic nullum; paucos ille pares habuit.

Hic decus, ille aurum præfert: hic fortis, at ille

Degener: eloquium hic donat, at ille locutus.

Profuit assidue hic: non nunquam ille offuit:  
illi

In miseros studium: huic dicere pro misero,

Immocum Spartis Thibas, & congere Asbe-  
nas.

Quod memita sibi Gracia habet sic Cicero.

Epig. 88.

Martialis ad Domitianum, in quo  
minus deducit.

Quantum iam superis Cæsar, celoq; dedisti,

Si repetas, & si credstor esse velis:

Grandis in æthereo licet audito fias olympos,

Coganturq; Dei vendere quid quid habent:

Conturbabit Atlas, & non erit uncia tota,

*Decidat tecum qui patet ipse Deum.*

*Pro Capitoliniis quid enim tibi soluere templis;*

*Quid pro Tarpeia frondis honore potest?*

*Quid pro culminibus geminis matrona tonantis?*

*Pailada, prætereo, res agis illa annas.*

*Quid loquar Alciden, Phæbunq; pirosq; Laco-  
nas?*

*Addita quid Latio Flavia templa polo?*

*Expetes, & sustineas Auguste necesse est:*

*Nam, tibi quod soluat, non habet arca fons.*

### Enarratio.

Mirisicè, & maxime hyperpolice Domitiani opera tollit poeta affirmans Deos, Iouemq; ipsū soluendū non futurū, Si Domitianus, quod templis excitandis superis donauit, repetere vellet, atq; exigere. Sententia sex priorum carminum est. Si auctio in celo fieret, id est hastæ subiiceretur ad vendendum bona omnia Deorum, Dearumq; & Atlas celum humeris sustinens, ut præcepit celum ipsum conturbaret, id est venderet, ut pecuniam colligeret; tamen nè vinciam; id est duodecimam partem æris alieni disoluendi expediret. Si Iupiter decidebat cum Domitiano, hoc est rationem conferret repetendo quantum superis dederit per constructionem totius templorum. *Pro Capitoliniis:* singula enumerat Domitiani templo, & opera. Capitolium conflagratum restituit, & in eodem nouam excavavit: tum ludes quinqueannales Ioui Capitoline constituit, in quibus laureæ, & coronaæ queruntur, quæ honorem Tarpeiae frondis appellat.

*Quid*

*Quid pro culminebus:* Duo etiam templi Ilii noni consecravit, quæ Iouis soror, & coniux erat, ideo *Matrona Tonantis.* Pallada. Minervæ pariter templum crexit, quam supersticiosè coluit, & pœnabat sibi ab illa orare genus honorum, & bonorum venire: ideo dixit poetas agit illas tuas. Pretor sit vero, quia nihil apud illa Domitianus excoegeret, cui omnia sua accepta referebat. *Quid loquar Alcides:* Herculi pariter templum condidit, statuamq; posuit. Etiam Phœbū, Castori, & Polluci Iouis filij ex Leda, quos Laconas appellat, & piis: qui in Laconia nati sunt ad vires mortales, immortalesq; iuvare pœtabantur. Addine quid *Latio.* postremo ponitur templum Latio polo, id est celo, & acre Romæ conditum, de quo egimus supra: quod ornamentum, & decus Flaviæ gentis appellatur. *Expectes.* conclusio est, in qua minus deducitur, Iouem scilicet esse Cæsare pauperiorem; maioraq; esse Cæsaris merita, quam ut Jupiter æquare possit. Itaq; expectandum, dura aut dicitur fiat, aut donec cum mortuum Celo ipso recipiat uasa.

## Epigr. 89.

Eiusdem de pugna særminarum  
cum bestijs,

Belliger immissis quod Mars tibi sauit in armis,  
Non sauit eis, Cesar, sauit ex ipsa Venus;  
Prostratum Nemesis, Graecia in valle Leonem,  
Nobile, & Herculeum fama canebat opus;

**Prisca fides raseat: nam post sua misera, Cesar,**  
**Hec iam faminea videtur ad manus.**

**Eparratio.**

Mars pro viro, Venus pro femina etiam  
 molli sumuntur. Factum Herculis refertur,  
 quod est Leonis Nemei in valle inter Ne-  
 meam Sylam, & Mycenae occisi. Deinde  
 minus infertur, quod femina post munera  
 Tici, id est venationes editas in gratiam po-  
 puli, in illis dederit pugnare, & Leones  
nus, & Hercules fana ſibi dicata habebant.  
tandem per comiſerationem claudit epig-  
dicendo omnia illa in fauillas redacta ita  
ut ſuperi ipſi doleant ſuper hac clade, & tan-  
tem in rerum natura poſſe.

Eiusdem de ludo puerorum cum iuencis.  
 Aspice, quam placidis insultet turba iuencis,  
 Et sua quam facilis pondera taurus amet.  
 Cornibus hic pendet summis: vagus ille per armos  
 Currit, & in ead venit at arma boue.  
 At feritas immortari get, non effet arena  
 Tuisor, & possent fallere plana magis.  
 Nec trepidant gressus; sed de discriminis palma  
 Securus puer est, sollicitumq; pecus.

## Enarratio.

In iuncta quippe descriptio inter pueros,  
 & tauros ciceratos: dum dicit puerorum  
 alterum de cornu tauri suspensum petidere,  
 alterum per tergum currere, & arma, id est  
 tela iuaria. vides parmas ventilare, ac pre-  
 ludere: patientissimum, & immobilem tau-  
 rum stare ita, ut puer tuisor ludat in boue  
 sedens, quam si in arena, & in plano sede-  
 res: & bouem de victoria pueri magis soli-  
 citum esse, quam puerum ipsum.

## Epigr. 229.

## Eiusdem de Hirundine.

Hybernas poterent solito cum more recessus  
 Attides, in nidis una remansit avis.

Deprehendere nefas ad tempora verna reuerae,

Et profugam volucres: diripiure sue.

Sero dedu panas discerpi noxiama ter.

Debuierat, sed tunc, cum lacerauit Itim.

## Enarratio.

Hirundines Attides dictæ ab Attica re-  
 gione, vbi Prognæ Pandionis Atticæ Regis  
 filia in Hirundinem conuersa fuit, hinc in

celidiores regiones hibernali tempore euolantes, cum una domi remansisset, reuersus tempore veris illam tamquam profugam, & agmina deferebat discerperat. Sed poeta concludit se rogit factus quia tunc laccerari debuit, cum illa filium suum Iunum laccerauit, & Terreum marito epulandum apposuit, quod sororem suam Philomelam violasset: quae in Lusiniam conuerta fuit, & Ius in Fasianum. Ovid. 6. Metam. 10. 10.

. Epig. 230. f. 1. v. 10.

Eiusdem de Vipera electro inclusa.

Fleentibus Heliades ramis dum Vipera serpit,

Fluxit in obstantem succina gramma ferens.

Qua dum miratur pinguis se rorat tenens,

Concreto riguit vincita repente gelu.

Ne quis regali placeas Cleopatra sepulchro,

Vipera succinulo nobiliora iaceat.

Eoarratio.

Poeta, ut ostenderet, quam beatissimam natum exprefserit, narrat Viperas electro inclusam a periclitissimo acifice perinde ac si non artificio, sed casu id evenerit. Ita enim viuacius, & argutius evasit epigramma. Fleentibus electri fabulosa origo. Heliades sororis filiae, & Phaetonis sorores easum fratris apud eridanum flentes in populos arbores versae, & eorum lachrymæ in succinum, sine electrum fugrunt. Ovid. 2. Metam. Ramis flentibus: periphrasis papuli emitentis electrum per metaphoram ab homine ad plantas. Gemma succina: pro succinea per singularem, & est periphrasis succinis gemmas.

imitantis. obstantem. repugnante & se extricantem. Miratur: metaphora ab hominac. Pinguiore: alia periphrasis succini per translationem a fatis. vincit: obruta hæsit. concreto rore & gelu. Hic Poeta tam bonus sculptor verbis fuit. quam artis sculptor. Nektib: epiphonema per apostrophem ad Cleopatram quo concludit sepulchrum Viperæ nobilius esse sepulchro ipsius Cleopatras. Quia nullus regius temulus totus eleetro edificatus est, ut hic Viperæ.

Epigr. 231.

Soffagi de noce D. Io. Baptista epiphonemate clausum.

Ioannem Regnam vnes dum collere ferro  
Millo modis tentat funera, mille vijs.

Nec possit indigna causam praetexere mortis,  
Insolita tantum ne scelus arte ptemat.

Instruit in salmis naratu simul instruit astus  
Innocuum in salme flagret illacaput.

Cumq; poposcisset crudeliorata Regens,  
Pro salme exorsum tradidit ense caput.

Quid non sana p̄bre & audacia mors ubi non efficit  
Si salmus etiam funera seu datis

Epigr. 232.

D. Vincentij Galli de Ape cicatrici pectoris Christiphærente.

Queris Apis propriæ proprio non tramite sed eis?  
Namq; famos alios alacres ille caput.

Aurea mella suis laetant: sed nectar in illis:  
Mortales pascis, pasci ad illo Deos.

Incassum haud tentes illud foramen imire:  
Cede homini ingressum, cui datur esse Deum.

Eisdem de Hieronymo Bossio ad Lam-  
brum poetante.

Iam non Meandro concedit Lamber honoris;  
Inter, quam celebrem, fluminare reddit Olor.

Huius namq; decus totum diffundet in orbem  
Carmine mellis suo Bossius alter Olor.

Nec minus Euterpe clarebit Lamber amena:  
Quam modo Calliope Mintius ipsenitet.  
Mortalem Vatis vis supra est: quo celebrante  
Et mutis rebus gloria tantaverit.

### Enarratio.

Duplici collatione Lamber, & Bossius  
commendatur: ille, quia par dicitur Mean-  
dro Fluvio, quem olor avis suauissime ca-  
nens celebrem efficit. De quo Ouid.

*Advada Meandi consinit albus olor.*

Bossius, quia alter olor dicitur, id est sua-  
vis Poeta. Altera collatio est, quia rursus  
Lamber per Bossium feratur non esse cessu-  
sus fama Mincio per Virgilium celebri-  
mo, quæ collatio ut magis poetica euaderet  
per metonymiam pro Virgilio Calliope po-  
sita est, quæ heroico carmini praest: pro  
Bossio poeta lyrico Euterpe, quæ lyricis præ-  
est Vatibus. & amena dicta est ob venusta-  
tem, & suavitatem orationis, qua viritur ad  
delectandum: ut dicimus in Syntagmate de  
lyrico poemate cap. 5. Mortalem apiphone-  
ma est.

Ex his, & superioribus exemplis colli-  
gitur, qualis esse debet vera, ac facta poeta-  
rum narratio, & præsertim epigrammata-

giorum. Verum, ut ordine procedamus, ar-  
gutias rerum ad quatuor genera cum qui-  
busdam referimus, quorum primum figu-  
ratum est: alterum cum plus dicitur, quam  
in re sit tertium, cum minus: quartum, cum  
secus dicitur, ac res est.

## C A P. XIII.

*De Argutia ex figuris.*

**E**piphonema, & acclamationem habet  
Epigr. Martialis: *Barbara Pyramidum*  
*&c.* in Amphitheatum Cæsaris, quod in fi-  
ne opusculi positum est, & expressum. ubi  
etiam, quam epigrammati apta sit hæc figu-  
ra, probatur, quod frequentissime adhibita  
reperiatur, ut ex superioribus epigramma-  
tis colligitur.

Epigr. 234.

*Catulli ad Verannium suum.*

*Veranni omnibus e meis amicis*  
*Anistes mihi millibus trecentis,*  
*Venisti domum ad tuos penates,*  
*Frasresq; unanimos, tuamq; matrem?*  
*Venisti? O mihi nuncij beati,*  
*Visam se incolumem, andavimq; fibrum*  
*Narrarem loca, facta, nationes,*  
*Vemos est tuus, applicansq; collum*  
*Fucundum os, oculosq; suauior.*  
*O quaneum est horumnam beatiorum,*  
*Quid no: larins est, beatusque?*

## Enarratio.

Catullus hic sibi, & Verannio familiari suo gratulatur, & exclamatione claudit epis gramma. *Antistes; Alpha, & princeps Iberium.* Iberorum syncopa Hispanorum. Nam Hispania ab Ibero fluvio citerioris Hispaniae Iberia est dicta.

Epigr. 235.

D. Vincentij Galli in conuersionem Diui Pauli.

*Multa cede madens Saulus, plenusq; minarum,  
Dum furit exardens dilacerare pios,  
Dum ruit in tenebris cæcus; spectatur amica  
Luce Poli, adiutrix subiiciturq; manus.  
Felicet aflatus facunda numinis aura*

*Ora lupi ponit; muixa sumit ovis.*

*Abstinet incæpis prauis feritate fugata.*

*In Christi prolem, persequiturq; noua.*

*Divine vocis missa iam iussa faceſſit:*

*Iam prece eſt Agni; qui fuit hostis aerox.*

*O mirus celz fanor: hic distractus ab Orco*

*Ætherea turus ramcito in arce ſedet.*

Epigr. 236.

Martialis de Sue, quæ ex vulnerè peperit.

Inter Cæarea discrimina ſana Diana

Fixisse graudam cum leuis hæſta Suem;

Exiliū partus misere de vulnerè matris.

O Lucina ferox hoc peperiffe fuit?

Pluribus illa mori valuisse ſaucia telis,

Omnibus ut natis triste patoreſ iter.

Quis negat eſſe ſanū materno funere Bacchum?

Sic genitum numen credit: nata fera eſt.

Enar-

Tria fecit venusta, & rotunda ciusdem  
argumenti Poeta epigrammatz, in quibus  
mitifice lusit, & copia verborum, & inge-  
nij argutia, quæ epiphonemate clausit. illu-  
stris descrip[er]uo in expectati eventus ex iactu,  
& vulnero p[ro]mittitur. Descrip[er]io venusta-  
ta est periphrasi Amphitheatralis venatio-  
nis. *Diana Cesarea*. per metonymiam inuen-  
tricis pro re inuenta. Venatio enim Diana  
sacra est. *Discrimina fera*. quia bestiarij con-  
fertis pugnantes eas vulnerabant, & ab eis  
non raro vulnerabantur. *Hasta leuis*: a mo-  
do, & instrumento: nam in cursu, vel fuga  
sera cminus figebatur iacta hasta, comibus  
venabulo excipiebatur. *Matrem grandam*.  
suem silvestrem. existit partus egreslus est  
suculus viuus e vulnero. *O Lucina*. apostro-  
phe ad Deam partus, quam crudelē appellat,  
quia matrem perimit, ut eam onere le-  
uaret. *omnibus illa*. Amoris parentis expref-  
sio, quæ plura voluisse vulnera, ut fuculi  
omnes uteri sui in lucem emitterentur. *natis*:  
metaphora ab homine. *triste iter*: vulneris, &  
funeris. *Quis negat*. epiphonema ab exem-  
plu fabuloso, quod a maiori ad minus pro-  
batur. Nam credibilius est Bacchum Deum  
habitum ex funere natum, quam seram.  
Bacchus ex Semele fulminata extractus  
vivus, & Iouis fæmori assutus iterum na-  
nas fertur. unde bimater fuit dictus.

Epigr. 237.

Eiusdem de caderii.

*Ita grani telo, confossaq; vulnera mater  
Sus pariter vitam perdidit, atq; dedit.*

*O quam certa fuit libatoa dextera ferro,  
Hanc ego Lucina credo fuisse matrem.*

*Experia est numen moriens utriusq; Diana,  
Quaq; soluta parens, quaq; perempta fera est.*

Enarratio.

*Telo grani graue, & letale vulnera facien-  
ti: metonymia causæ est pro effectu: supra  
proprie dixit, hasta leuis: Vitam perdidit, atq;  
dedit: amisit suam, natis dedit. Arguita a re-  
pugnantibus. o quam tam certa fuit manus  
feriens, vt diuinam possis dicere, & epipho-  
nema est admirationem habens. experia: Or-  
po, sensusq; est: fera parens experia est mo-  
riens numen, idest potestatem dianæ viri-  
usq; qua idest, cum soluta est, & leuata one-  
re ventris parturiens, Lucinæ, & obsteri-  
cis, qua pertepta est, Dianæ venaticis. Dia-  
na enim parturientibus, partibus, & ve-  
nabibus præest.*

Epigr. 238.

Eiusdem de caderii.

*Sus fera iam grauior maturi pignore ventrix*

*Emisit fatum vulnera facta parens.*

*Nec iacuit partus; sed matre cadente cucurrit,*

*O quantum est fabriti casibus ingenium.*

Enarratio.

*Sus fera: sylvestris: grauior pignore: partui  
proxima: amisit fatum. peperit. Nec iacuit:  
nec periret suculus. Sed matre cadente cucurrit.*

quasi periculum fuga dedinans. O quantum  
epiphonema admirationis plenū. subita, in-  
quit Thucidides, experuntur ingenio, & indi-  
cār, casus nonnunquam succurrere deficiente  
arte, & ingenio. ut Nealei pictori in expre-  
menda equi spuma, & Prutogeni canis. Plin.  
lib. 35. cap. 19. Val. Max. lib. 8. cap. 11.

## Epigr. 239.

Eiusdem ad Gargilianum.

*Liste bis decimae numerantem frigora brumæ  
Centarit una tribus, Gargiliane, foris.  
Ab misera, & demens viginti litigat annis.  
Quisquam cœivines Gargiliane licet?*

## Enarratio.

Probat melius esse in lito cädere, quam  
ad viginti annos litem ducere. Plus enim fe-  
re impeditus, quam postea à victore acci-  
pitur. tribus foris, Romæ, Iulij, Augusti.

## Epigr. 240.

Eiusdem ad Cælarem Domitianum.

*Rerum certa salus terrarum gloria Cæsar,  
Sospite quæ magna credimus esse Deos:  
Si festinantis torres ibi lecta libellæs  
Detinuere oculos carminanostri tuos:  
Quod fortuna veçat fieri, permitte videris,  
Naturam genitor credar ut effe trius.  
Hac, si despicias, fuerint salvia nobis:  
Hac fuerint nobis premia, si placis.*

## Enarratio.

Dilemmate perit ius trium liberorum, &  
probat, siue ei placuerint epigrammata sua,  
siue non, se impetrare debere. Prius bene-  
volum cum sibi facio per laudem dicens eo

fospite Deorum prudentiam, siue prouidentiam credi; quod cum certam orbis salutem seruent. In altero disticho dicit, si sua carmina ei placuerint; in tertio, ut concedat sibi iustrum natorum loco praemij, quos natura negauit. Illud namq; ius & magna erat utilitatis, & honoris. In quarto est dilemma. De dilemmate vide Rhetorem nostrum lib. 5. c. 12.

Contrariorum Martialis exempla supra sunt ca. de Epigrāma composito. hic elogia duo Toscani in laudem Hieronymi Vidæ, & Benedicti Lampridij præstantissimorum poetarum Cremonensium addere libet.

Epigr. 241.

Toscani de Hieronymo Vida Alber

Episcopo.

Seria nil Vida, nisi Christum pagina cantat,  
Aut famulos Christi, quos sua vita probat.

Ludicra nil Vida, nisi statuo charta pudore  
Ludit: cumq; placet, honos unat ille minus.

Pontificis siquidem nouit ferrare decorum,

Ludicra Vida canens, seria Vida canens.

Enarratio.

Duo poematum genera Vidæ proposantur seria, & ludicra. Seria vel tantum Christum celebrant, vel etiam Diuos Christi simulacra. Ludicra vero, quæ animi gratia, & poetici exercendi styli junior cecinit, commendatur a remotione cuiusvis fæditatis, tū a delectatione, atq; utilitate: quæ duo propria sunt optimorum Vatum, quia ueritas Horat.

*Et prodeesse voluisti, & delectare Poetæ.*

Et tantæ morum, poëticæq; artis perfe-  
ctionis causa assignatur; quia Poëtificis de-  
corum seruare nouit. Quod secundum Tulli-  
um in officijs aemati honestate versatur,  
hominaisq; excellentia consentaneum in eo  
est, in quo natura eius a reliquis animanti-  
bus differt. vidde, si placet, cap. 3. de imita-  
tione syntagmatis nostri de lyrico poetrate.

Serua Vida poemata sunt, Christias He-  
roicum poema: Tres luculentissimi Hymni  
descibus Divinis Primus Deo Opt. Max. se-  
condus Dei Filio Opt. Max. Tertius Spiri-  
tus Sancto Deo Opt. Max.  
Elegia Iesu Christo Opt. Max.

Hymnus in Eucharistiam.

Alia eleg. Iesu Christo Opt. Max. de Caro-  
lo Quinto Imp.

Hymn. In Iesu Christo Crucifix.

Hymn. Magnæ Matri Virg.

Deinde plurimi ad Diuos Hymni.

Poemata Eudicra sunt.

De arte Poetica lib. 3.

De Bombyce lib. 2.

Scacchia lib. 1.

Bucotica Eclogæ 3.

Carmina diuersi generis.

Nonnulla grauia apud hunc poetam in-  
venie pigrimata, qua adoleſcenribus poe-  
ticæ facultati operam nauantibus non pa-  
rum profunda mali perſuadens hoc afferre  
cum enarratione non sum grauatus:

## Epigramma. 242.

M. Hieronymi Vidæ Albæ Episcopi  
ad Tellorem.

Hastibi Terra fabas Alba contermina maris

Dat Vida in facilis tubona condescensu.

Has serit e fariem populi miseratus egentis,

Pallida dum capta sauit in urbe fames.

Hoc iesunt famem solari turba paratu,

Et teneras poterit carpere dente fabas.

Ille sua aspectans campum sublimis ab aula

Concipiet dulcem peltore latitiam.

Hos legere, hos lectis vesces, predamq; virens-

rem;

Vellam bantro aspicer ferre domum saturos.

Quam inuenis sis sua vastari populatibus arua,

Et messes condit in horrea i rura snass.

Tubona tu ipse eris et illas ne defice iactis.

Semicibus, nusquam sis prior vha stages.

## Enarratio.

Sententia epigrammatis ex ipsius nota est  
narratione. Ognatus, quibus cohon estan-  
tur, præcipui sunt. Prosopopœia, quæ per-  
sonæ fictio est. hic namq; rei inanimatae, quæ  
cellus est, sensus, & affectus tribuuntur.  
Huius schematis proprium est, euidentio-  
zem, significantioremq; orationem efficacem  
idecirco tam sacris, quam profanis oratori-  
bus usitatissima est. atq; per hanc in homi-  
nium rerum tractatione attentio compara-  
tur, sine qua vix, nec libenter auditentur.  
Scitè igitur poeta in hoc tenui de fabæ satu-  
argumento tractando ad hoc nobilissimum  
schema cōfugit, quo totam dictionem com-  
plexus

plexus est, in qua tanquam cùm homine, cum Tellurè agit. & ita vñq, ad exiçum narrationis perstat attentio.

Primiis duobus versibus proponitur percussio, quæ est, ut fabas, quas illi committit poeta serendo, in sinum suum recipiat, ac foueat, quod ut facilius obtineat, benevolentiam a laude comparat, bonam eam appellando, *Tu bona sinn facilis, benigno, faveente.* metaphoræ sunt.

*Has serit: commendatio petitionis ab honesto, & pio sine ad facilius obtinendum, quod petitur; & populi calamitas, quæ multis est adiunctis figurata: famæ pallida, famis in urbe capta.*

*Solari famem, id est se famelicam.*

*Hoc ieruna: episodium est, quo latitiam suam describit, quam capturus poeta est, quando e sublimi aula sua, tamquam spectula, campum fabis plenum, & fumelice turbas cibis large suppeditat aspectabis.*

*Hos legere: Pulchra hypotiposi, latine subiectione sub oculos non cupata, ita rem id est fabarum collectionem, & usum narrat, ut potius geri, quam dicti videatur. dum dicit se aspectura magna cum letitia alios fabas legentes, alios letas comedentes, alios iam saturatos factos vireribus se fabis onerare, & domum humeris ferre, futuræ esuriei præcauentes. utropis ejam evidenterem subiectiōnem reddit: qui sunt metaphoræ, predam, a re militari, & vectam, a vectoribus: ambas tamen tempestuic, predam virerentur.*

vectam humero. quod fecit. ut persona rūm seruaret decorum; & præda virens, est faba periphrasis, quam supra teneat nominauit.

*Quam iuuat: ad indicandam summam latitudinam, qua afficietur poeta ex eo spectaculo, epiphonemare declarat. Quo etiam concludit hypotopismus: quod epiphonema ornatur tropis & metaphoris, suo arduo vestari populatus his: id est talibus; & ita explicat superiora sem metaphoram; pœdam per explicationem: & populatus efficacior est, quam prædæ: horrea pariter temperavit dictione, viva propriè honora vixua nom suat.*

*Tu bona: in persoratione narrationis iterū Telluriam fratras cōmendat Fabas; ab eaq; petit, ut usq; ad carum messim eis non desit, quin, ut bona regniam famam miserata, ita learum magnitudinem acceleret, ut nulla alia natura prius sages reperiatur. mire omnia & decoro, & imitatione propria expressa, non venient parciunt oblectationem.*

*Epig. 243. Eiusdem Vida. Ditis Infantibus. Beth.*

*Eiusdem Vida. Ditis Infantibus. Beth.*

*Beata animula, parvula integellula,*

*Quæ haufinim manifissi reges furor*

*Uidebere abceptos parentum absim;*

*Unde perdere simili autumnat regno canens,*

*Inconspicuum sibi aurum prohalum;*

*Quem vincibus si derum praesunias;*

*Regem universi nupenorum gemulos;*

*Nos vere velutæ gemmate, quas primulæ*

*Adusus albicans primæ pasimulæ;*

*Et acule ipso concidisti floscudo.  
Pro illo ante vobis contigit pulchre mori,  
Qui pro omnius vita immolandus venerat,  
Bene animula, flosculi celestium.*

## Enarratio.

Hoc epigramma carmine separato mixto constructum est, quod in pedibus primo, tertio, & quinto spondeum, dactilum, anapestum, trocheum vero ubiq; praeferet quam in sexto admittit. a senario puro distat, quid iam bis sex conficitur, ut illud Catulli.

*Faselus ille, quem vidistis hospites.*

Epigramma licet in simplici, ac in vera narratione versata, eo tamem ornatiss, nobilissq; est, quod simplicem. Si puram tantummodo cum decoro suo habet. Quia praeserea multiplicem, & artificiosorem ornatiss, nec non primum argutiss genus. simili possideret quae narrationi simplici etiam cum proprio suo decoro existenti, deficiunt.

Varia vero ornamenta, quibus figurata, atq; poetica efficitur locutio in hoc epigrammate fere sunt schesatae acclamatiois in principio, & epiphonematis in exitu. Beatae animalia.

Factum narrandum non proponitur, quod historicorum, & oratorum proprium sic proponere: verum, ut lyricorum vatum mos est, a narratione sumptum est initium. ex qua tamen non multo negotio despachandi potest proposicio: ut probamus in Syntagmata de lyrico poemate. Duobus a primo carminibus infamulorum mariyrius

tarui, narrandi materia ab adiunctis loco  
suggerente. Quæ adiuncta sunt, causa effi-  
cacia per periphrasim ad figurandam, & ve-  
hementiorem reddendam locutionem, &  
est ~~enarrans~~ regis furor, id est Herodis re-  
gis, modus poetica metaphora expressus,  
transit, votavit, absumpsis, in frusta conci-  
dit, locus, unde ad necem rapti fuerunt; ab  
obere, a finu parentium subreptos: a satellitibus  
per maximam vim, eorum matrum pro vi-  
cibus illis repugnantibus illatam. quam vim  
ipsam et locutione doris, ac alperis prelatu-  
dictionibus constructa poeta expressit. quæ  
sunt, ab obere ab ripas. in quo imitationis ge-  
nere miser est Virgilius. hæc illustris rei ex-  
planatio grecos hypotyposis dicta, hic vix  
habet ad commiserationem commovendâ  
erga matres, & parvulos, & odiam in tam  
impij facinoris patratorum.

*Dum perdere.* Addit simplicem narratio-  
nem suo ornatam decoro, qua causam rante  
impietas aperit, quæ metus fuit mittendi  
ogni sui, nisi illi haec ratione eaueret. Cer-  
tior enim erat factus per magos reges, nup-  
per ortum regem, quem noua stella vniiden-  
sis gentibus imperatum nunciabat. Sed  
quia ignoratus illi erat, licet cognoscere illum  
curasset, argo in manu sua haberet dolose  
optasset, tam barbarum, & sacrilegum con-  
stitutum omnes æquos eius pueri occidendi  
ceperit, illum una cum eis perditum iri auto-  
mans. Hæc vero poeta narratio, quod non  
ad mouendos affectus sed potius ad rei co-

ignitionem habendam spectet; granibus  
quidem verbis, & sententijs, pro argumento  
natura, proprijs tamq; intellectuq; facil-  
libus, constructa est. *Vos vere: terria narratio est tota festiva, le-  
pida, atq; iucunda.* In hac insculptorum  
primis occasus amoenissime pingitur primis  
tribus versibus; tota enim figura, argu-  
taq; est descriptio, quod apudissima fulgeat  
similitudine, & tropis exornata, que est veras  
gemmas, tropi vero sunt gemmae, ma-  
gphora a virtibus suto praeadusss alia meta-  
phora ab igne ducta; concidit. metonymia  
postea subsequente pro antecedente. Qui  
enim coincidunt, eaduot necessaria. Quo  
modo hic usus est poeta sequendi deoari de-  
scriptionis gratia. Que cum ad dilectantum,  
& congratulandum dirigatur, que dispi-  
cent, molestaq; auditu sunt refugit. talia  
prima narrationi huius epigrammatis, que  
iudicialis generis est, copuerunt, ut dictum  
fuit. Auguris insuper huius descriptionis  
genitus collatione a parti diobonum, per di-  
dimicativa verba, quae sunt gemmata, priu-  
la, primulas, annulae, flosculo. Prasillo, festiuam  
narrationem, terminat poeta, eis pulchram  
mortem gratulando, ac singularem. ratio  
est, quia illis solis contigit ante pro Christo  
mori, qui pro ceteris, ac omnium vita iu-  
molandus venecat. Que ratio acumina, &  
elegancia predicta est. Postremo epiphona-  
matico cluditur epigramma, quod epiphor-  
acma etiam spacio arguit prout generis,  
que

que a narratis ducitur, constituit. *Ricardus ant-*  
*mula, flosculi celestium.*

## Epig. 244.

Eiusdem ad D. Paulum Apostolam.

*Hoc, Paule, Christi ad optimi diuinitus,*  
*Conuerse, partes Vida tibi sanum addicas.*  
*Haud passus absoleta in ade tuum amplius*  
*Solariola nomen implorancere.*  
*Places ut iram sepe laeti numinis.*  
*Ide, quidquid est, tu muneris lubens cape,*  
*Tuo Q. dat ore nr sub patrocino reges.*  
*Tuofq; ab alto Spiritus ei suffice.*  
*Fides ut sic docere queat accreditos,*  
*Bonumq; cum illis nosce verum, & assequi,*  
*O doctor orbis, institutor gentium.*

## Enarratio.

Argumentum epigrammatis est noui exempli constructio, inscriptio, & dedicatio: in inscriptum sumptum ab inscriptione, & est, Fanum Dicit Pauli conuersioni dicatum. Quæ primo est disticho figurata explicata. Quis struxerit, & dicet, Vida, cui Paulus conuersus, id est in memoriam mirabilis eius conuersonis, quæ, & quomodo fuerit, a partibus hostium, & persecutorum Christi, quorum Raulus acerrimus defensor erat; ad Christi partes tuendas, tandem qualis fuerit conuersio, diuinitus non humanitus facta. vide, quam multa, quam paucis perstricto sint, qualesq; esse debeat tales inscriptiones:

*Haud passus carminibus tribus sequentibus tria narrantur, primum, cur nouum conditum sit, velecediruto fano, vs decens-*

ter, debitoq; decoro Pauli nomen ibi veni-  
 garetur in posterum, ob id enim struuntur  
 fana, ac sanctis dicari solent, ut eorum auxi-  
 lium a fidibus apud Deum ibi inuocetur.  
 Alterum est, vbi etiam templum: Solarioli,, qui vicus in agro Cremonensi est, ter-  
 rium ait causa implorandi eius nominis; ut  
 sua intercesione, a patrocinio ita vis Deus,  
 quod crebris criminibus legatur, mitigetur.  
 It quid quid. Epigrammate ab soluto per epi-  
 sodium a Dno perit poetae remunq; qua-  
 lecunq; sit, steucti, dicatiq; templi, anime  
 lubenti accipiat: deinde pro eius remune-  
 ratione ab eo postularine suum apud Deum  
 patrocinium sibi deneget: vnaque suos sibi  
 e celo spiritus sufficiat; atq; ministri; qui-  
 bus suis fidei; curaeq; pastorali commissos  
 eruditu. & cum illis vetum bonum noscere;  
 atq; aseq; ubi concedatur. Per spiritus D.  
 Paq: intelligit Poeta perfectam scientiam  
 spirituali; quae spirituali scientia spiri-  
 tui subtilem, & certum, ac simile virtutum  
 omnium possessionem, cum rerum can-  
 didatu cognitione largitur, quibus rebus  
 omnia iudicare potest, & illum nemo. Hec  
 plenius agitantur a P: N: Zacharia in no-  
 tabilibus dictis suis cap. de spir. & de scien-  
 tia spirituali & do scientiae spirituali. Et  
 haec sunt, quae per se sibi sufficiat doctor  
 orbis, & gentium institutore Paulo, ut  
 queat postea eadem suum gregem docere,  
 & cum eo noscere, & aseq; bonum ve-  
 rum, quod Deus est. nobilissimo elogio

cum epiphonemate iuncto in D. Pauli commendationem: conclusum est epigramma.  
Epigr. 245.

Eiusdem D. Cassiano Mariyti.

Commendo tibi Cassiane nostros.

Hic quoscumq; vides virere agellos.

Non frustra hoc pia struxerit veritas.

Dictum nomine de sua facellum.

Quo mares pueri & grauedinosos.

Albenses querulis ferunt grabaris,

Et pleriq; tua leuansim aura.

Morbus quos dicarnior parodie.

Idcirco id vetus, erutumq; bellis.

Nuper Vida tibi tuus refectum.

Forma reddidit elegantiore.

Hinc nos aspice, plurimumq; nostros.

Commendo tibi Cassiane agellos.

### Enarratio.

In agto Albensi facellum erat veritas obseratum, bellisq; erutum: quod Vida refecit. Cum elegantiore forma reddidit. Idcirco per hoc epigramma gratiam sibi a Diuō ex operans referri: ut se, suosq; agros riteatur, pie postulat. Artificiosa epigrammatis studia. Cura est. Ab aegrorum commendatione incipit, primis duobus carminibus. sequitur deinde episodium, tum ad amplificandam epigramma, tum ad exornandum. quod episodio Diui miracula laudibus efficiuntur, quae etiam probatura morbi curati dignitatem: morbus diuturniore ab eiusdem effectu grauissimo; pered. r, exedit figurata narrativa, cuncta est, teruato ei decentie decoro, &

imitatione. Querulus grabatis: metonymia ab effectis, ut etiam mors pallida: *aurea* pro favore; leuantur: liberantur, valetudini restituuntur, metaphoræ sunt.

Idcirco: reditus est a digressione ad epigrammatis narrationem. ratioq; assertur, cur sacellum illud restituerit; & est, q uò Diuus non secus sibi modo indulget, ac Albensibus olim matribus, indulserit. sibiq; duo concedi pescit, iterādo petitionem. asperge: tucare, metonymia antecedentis pro consequenti. argutet tandem concludit, versum in fine repetens, qui in initio fuerat constitutus.

### Epigr. 246.

Eiusdem Diuæ Margaritæ Virginis.

Margarita tuam, senium quam euerterat edem  
Vidatibi e patrio marmore restituit:

Pro qua si placare villa est ei gratia apud te

Parta, sacerdotem respice diuatum.

Non aurum, non quos vulgus suspirat, honores,

Non longa in terris sui sibi vita, petit.

Vermillum sibi concilie, cui sanguine fuso,

Cui simul eterna virginitate places.

Numen ut illi in morte experiarur amicum,

Illi in quoque patre pius usque choris.

### Enarratio.

Hoc epigramma simplicem habet oblationem restituti templi Diuæ, & qua ex materia, patrio marmore. tum petitionem pro tali munere, cuius honestatem aperit per rectionem eorum, quæ vulgaribus hominibus in optatis esse solent: non aurum, &c. verum corum,

coru[n]t, quæ vera bona sunt: uti culparum remissio, dei amicitia, & in beatis illius perpetua commoratio. ornatus conuenientes simplici narrationi sunt: Christi periphrasis, cuius places; alia Martyrij Diu[n]c sanguine fuso. commendario virginitatis eiusdem, eterna virginitate, alia periphrasi Christi. numen ut & metonymia antecedentis pro consequenti amicum: fauens.

## Epigr. 247.

Eiusdem in quendam.

**Carmine quid carpis, qui nunquam carmine la-**  
dit.

*Cui numeri insontes, & sine felle placent?  
Vnu id te crucias, quod vulgi a moribus absim.  
Hincq[ue] meis tendis moribus insidias.  
Meq[ue] remordentem cupressua cernere contra.  
Nunquam hoc efficies: candida musa mea est.*

## Enarratio.

Læsus poeta cuiusdam inuidi carmine si-  
mo causa se læsum dicit, quia nullum vñquā  
ipse lædit. Et in lèdentis inuidiam causam  
verrit. nam optimis poetæ moribus inui-  
dens, eis infidiebatur, eos denigrare ni-  
tendo. quod asequeretur, si eum ad remor-  
dendum induceret. sed frustra id tentat,  
quia sua carmina candida, ac sine malitia  
sunt, poetica ornamenta sunt pulchri tropi;  
*carpis, lædis: numeri insontes, versus inno-*  
*entes, & culpa vacantes: sine felle. amari-*  
*tudine. tendore insidias moribus. remor-*  
*dens, metaphora a canibus. candida musa. in-*  
*nocua, nemini nocens. Hinc clucet, decorum*

190. *De Epigranomiae  
personæ poetæ qui Episcopus erat, & virtu-  
tum doctor.*

*Epigr. 248.*

*Eiusdem in cænaculo Villæ suæ Roncianæ.  
Hospes si olus, dapesq; ineptas non piget  
Cenare mecum, accumbe: personam exue.  
Natura disces quantuli indigeat cibi;  
Ne trasmarinis si opus apparatis.*

*Enarratio.*

Hoc epig. specimen præbet, quam frugali, quam lautarum dapum contemptor, quamq; hospitalis hic Præfus extiterit. Quæ hospitem ad secum cænandum benigne invitat: modo personam suam exuat, non ea expectando, quæ suæ ingenti conditioni convenire videntur, verum ea, quæ ad naturæ humanæ conservationem faciunt, quæ paucis contenta est, comedendo. per appatus transmatinos lautissima, ac splendidissima intelligit cōuinia: Allusit poeta ad diffiectionem virgilianum, quo Euander usus fuit lib. 8a Aen. quando Aeneam ingentem hospitem ad hospitium suum p̄superium invitauit. Distichon est.

*Ande hospes committere opes, O te quoq; digniē  
Einge Deo, rebusq; vens non asper? egenis.*

*Epigr. 249.*

*Eiusdem D. Christophoro Martyri.  
Christophore, infixum quod cum usq; in corde ge-  
rebas,*

*Piltores Christum dare tibi ferre bumeris.  
Quem gestans quoniā multas perpeccus amara,  
Te pedibus faciunt ère per altam aris.*

*Id*

Ita quia non poteras nisi vasti corporis usus.  
 Dant membra, immensis quanta gigantea  
 erant,  
 Ut te non capiant, quamvis ingentia, complacata  
 Cogeris & rigidas sub fane ferre hymeneas.  
 Omnia quod vicit superasti dura, virentem  
 Dant manibus palmas, qua regis altus iter.  
 Qued potis, ars cibi dat, nequeat cum fingeret  
 vera,  
**Accipe cuncta bona tu bonas ista animo.**

## Enarratio.

Per sybolum D. Christophori Christiani nam sanitatem, Vida intelligit. Cuius sanitatis initium, & fundamentum est Deum amare, & assidue in corde gestare, carceris omnibus obliuione traditis. deinde pro Christi charitate magna patranda, nihil timendum, quilibet alias amores temperandus, cum vis tentatio cum victoria sustinenda, proprius amor odio prosequendus, constantia hæc comparantur, conseruantur, & augmentur imitatione acerbi & animi, & corporis Christi cruciatus: honestarum Christianarumq; actionum exercitatione. Qui veritas tam factu difficiles pro Christi gloria strenue operit se ad perfectam Christianam sanitatem accessisse dicetur, & vere Christianus appellabitur. Verum Pictores res militares gestas, sanitatemq; Divi Christophori notam fidelibus efficere arte sua nequeunt, nisi per symbolicam doctrinam; quæ rerum earum est, quæ sub obscurioribus rerū indicij traduntur, explicatio: & symbolum te-

ste Ricardo, nota est cuiuspiam arcanioris  
mysterij significativa. eaq; est symbolorum  
natura, ut similitudine quadam, alia que-  
dam intelligenda, quam quæ sensui exterio-  
ri offerunt, animum nostrum deducant. &  
poeta hoc epigrammate explicat singula sym-  
bola ad D. sanctitatem pingendam adhibit-  
as, cū picturæ artis excusatione in fine: quod  
vera, aut dilucidiora fingere nequit.

## Epig. 250.

Eiusdem ad D. Laurentium Martyrem  
Cui Organum in templo ei ditato a se cre-  
atum commendat.

*Qua Vida cecidit, ediditq; carmina  
Commisa chartis laudebus Christi optimi,  
Et maximi indulgens, caduca fore ratus,  
Sibiq; diffisus, tua has in eude tibias,  
Syringa mule sonoram, & onus fariam  
Factam organis e musicis versuum loco  
Erexit; & commendat has quam maxime  
Beate Laurenti tibi, qui presides  
Alba, aduocatus plurinumo Ligustidi.  
En ut coruscet, ut templum ubiq; illuminent  
Argenteas dicas, vel argento pares.  
Discriminat e auro ut nitent interlito.  
Expressam ubi he de foliibus numeribus  
Auram hauriunt, præ dulcibus sonare modis:  
Neq; si mult omnes, sed vocata scilicet,  
Iussaq; solum: catere interim silent.  
Hic musicorum omne audias prorsum genus,  
Seu tibias veras velis, seu barbiton,  
Seu fistulam, seu timpanum, seu cornua,  
Tubamne bellicam, lyram quoq; & lituus.*

*Que*

*Quæ cuncta Syrinx; aliaq; refert plurima,  
modo hoc, modo illud musici ad libidinem.  
His Vida saltēm conciet Christum modis,  
Charta, & caduca si peribunt carmina.*

## Enarratio.

Vida poemata sua heroica; & lyrica ad Christi optimi maximi concinendas laudes constructa, accedita caduca fore ratus eorum loco nobile organum in D. Laurentij templo erexit. vt ita saltēm in Christi laudum celebratione perfidare concetur. Has tibiæ: arte mira erectum opus describere agreditur a materia, qua constat exordiendo, quæ tibiæ sunt, per quas poeta organa intelligit, quæ sunt omnia musica instrumenta, vt dicit in definitione erecti operis. Vnde est organicus, & heliconus sonus, id est ad musas, & ad Apollinem spectans, qui Heliconis montis Boetiae incolæ sunt. tum nomen operis græcum proponit, quod est Syrinx, latinum fistula. cuius est definitio, siue descriptio. Syrinx est instrumentum multisonorum, & omnifarum ex organis musicis factum. Multisonorem: id est magni, altiæ; soni; vt in toto templo commode audiatur: omnifarum: hoc est multis modis mensurisq; constans, quibus cantores inter cantandum uti solent, ad animos varie afficiendos, vt postulat occasio: *Ex Organis Musicis factum constructum tamquam ex propria sua materia, & instrumentis, quibus constat, restricta communi tibiarum materia ad earum differentiam, quæ huic apta non sunt instrumenta,*

mento, ad organa musica.

*Commendat has: videlicet tibias Poeta Eaur-*  
*gentio Albae præsidi, plurimumq; aduocato*  
*Ligustidi.*

*En ut: laus Tibiarum amiro splendoris,*  
*ac lame: ut corrisce. expolitio splendoris*  
*ab effectis; ut templum. ubiq; illuminant :*  
*a materiæ dignitate: argenteas dicas: vel, id est.*  
*saltem argento pares: ornatus poeticus est,*  
*aduebitum ea emphasim habens: emphasis*  
*augetur repetitione, ut, ut, a syntheton, mem-*  
*bra duo prope paria, & expolitio. ut templum*  

*Discriminata: commendatio ab artificio-*  
*ornatu, qui splendorem, ac lucem auget: Di-*  
*scriminata; inter se distinctæ, auro interlito;*  
*interposito ad maiorem operis elegantiam.*

*Expressam: Poeticè apprimie, & evidentes*  
*explicat Poeta, quantopere Tibiæ folibus*  
*egeant, ut prædulcibus sonent modis. nam*  
*sine illis nullum ederent sonum. quorum*  
*vsum figurata ita describit. Tibia hauriunt;*  
*prosopopeia est, qua persona fingitur, quod*  
*tibiæ folibus inanimis sensus, & affectus de-*  
*citur, hauriunt metaphora ab aquis ad auram,*  
*siue ventum ducta, expressam vi per folium*  
*elationem, & demissionem: tumentibus meto-*  
*nymia: effectus pro causa, id est vento ple-*  
*nis, & metaphora abijs, qui tumore prædi-*  
*ti sunt, & inflati. & per hos tropos, & figu-*  
*ras fit illustris rei alicuius explanatio, &*  
*hypotiposis.*

*Neg. simul: perseverat in tota hac descri-*  
*pitione in prosopopeia, & hypotiposi. &c.*

*Pis.*

pis. ordo Tibiarum in fono reddendo, & in canendo, hic est, ut non omnes eodem tempore consonent, neq; sp̄ote, verum illæ tantum, quæ ab organico vocatae, iussæq; sunt: dumq; iussæ concinunt, iniussæ interim silenti. Elic patet prosopopeiæ virtus, ac dignitas in poetica narratione figuranda.

*Hic musicorum*: per schema, quod congeries appellatur ad amplificandum accommodatum, proponit nullum profum dati musicorum genus, quod Syriæ non referat, quæ magna cius laus est. propositum per congerit, & enarationem nobiliorum, magisq; notorum confirmat; cætera vero in fine gongericis per præpositionem omittit. Electio tandem variandi dicta genera musicorum petes organicum est, *Hæc Vida*: declarat sibi propostum hanc Syringa erigendi, qui fuit, ve saltet per hanc perq; huius modos Christi laudes concelebraret, si sua poemata de Christo conscripta conciderent, alq; perirent. quæq; sive supra ostensum est.

### Epig. 251.

#### Toscani de Lampridio.

*Lampridi Alcaico trallas dunc parbita plectro;*  
*Solarium testudo Appia vincit ebur.*  
*At cum Pindaricus tibi pectora concutit horror,*  
*Tum se summisit Flaccus & ipse tibi.*  
*Quem vicitur pauci, rectorem nullus ac equat.*  
*Non poteras vinci, aut vincere nobilis.*

#### Enarratio.

Hic poeta lyricus felicissime latini versibus Pindarum est æmulatus: quod Horæ

156 *De Epiigratim*  
tius stultæ temeritatis esse existimauit ten-  
tare. Apula restudo; Horatij sensus est in imita-  
tione Alcæi poetæ Lampridius Horatio  
cædit, in Pindari vero Horatius Lampridio.

Epigr. 252.

Flauij Boldonij

In Catolum Vicecomitem egregium adole-  
scens ferro necatum.

Flos viuit, moritur quoq; flos. Dum vixit, odorē

Flos, succum morte premente dedit:

Iam morere. Aëternum sparget quoq; succus  
odorem;

Sic tu mors vita, vitaq; mortis eris.

Epigr. 253.

Eiusdem in effigiem Alexam Rhaudenfis  
I.C. eximij.

Ornat Alexandrum Naturæ munus, & Artis;  
Mortalisq; mori, vindice utraq; nequit.

Subductus faro, depicta in imagine viuit,  
Mutaq; de lusus spiritus ora subit.

Eripiant si fata: nequit quā reddere vocem Ars,  
Ars tamen edocuit vel sine voce loqui.

Naturā exuperat Naturæ: Ars vincitur Arte:  
Quā superas, tabula hac Pictor veramq; dedit.

Epigr. 254.

Martialis Ad Lupercum.

Quid coniuariis nemetam sape Luperce,  
Inueni, noceam qua ratione tibi.

Prascar, licet usq; voces, multasq; regesq;  
Quid facies, inquis, quid faciam, ueniam.

Enarratio.

Hæc responso contraria est expectacioni.  
Raro se invitatu a Lupero, qui cœtur, aitq; se

Luper-

Lupercū velle vtum ire. expectabat Lupercus responsum contrarium, ut diceret, cum vocatus a te in posterum fuero, iratus non veniam, & præter expectationem dixit, vici- scarte, & veniam: ne gratum auato faceret.

Epigr. 255.

Eiusdem de Canio.

Dic musa quid agat Canius meus Ruffus.  
 Utrum ne chartis tradit ille victuris  
 Legenda temporum acta Claudianorum?  
 An qua Neroni falsus astruit scriptor?  
 An emulatur improbi iocos Phedri?  
 Lascivus elegis, an seuornus herois?  
 An in cothurnis horridus Sophocleis?  
 An oriosus in schola Poetarum  
 Lepore tinctos Attico sales narrat?  
 Hinc si recessit, porticum terit templi,  
 An spacia carpit lenteus Argonautarum?  
 An delicata sole rursus Europe  
 Inter serpentes post meridiem buxos  
 Sedet, ambulacue liber acribus curis?  
 Tui ne Thermis, an lauatur Agrippa,  
 An impudici balneo Tigillini?  
 An ure Tulli frustur, aq; Lucani?  
 An Pollio dulce currit ad Quarcum?  
 An estuantes iam profectus ad Baias,  
 Piger Lucrino nauiculator in stagno?  
 Vis scire, quid agat Canius rufus? rideret.

Enarratio.

Canius Gadibus Herculis historicus, &  
 Poeta facundiæ lenis, & iucundæ, risu adeo  
 delectabatur, & lepore, ut nihil iucundius  
 esset, quam cum audire fabulantem. Poeta  
 enu-

130 *De Epigrammatibus*  
enumerat, quæ facere poterat per interrogationem Musæ. Num gesta Claudi imperatoris monumentis mandat semper eis: num gesta falso ab adulatoribus Neroni attributa; num fabulas scribat Phædrum Augusti libertus improbum imitans: num amores elegiaco carmine: num heroica carmina: num tragedias ad Sophoclis imitationem: non recitat otiosus epigrammata Attico sale, & redundare conspersa: an obambulet in portico templi Isidis: an in porticu Argonautarum, ab Agrippa picta erat Argonautarum historia, an in porticu Europæ sedecens aut ambulet in campo Martio: an lauer se in Thermis Agrippæ: an in Balneo Tigellis impudiciæ an rusticetur rure Tulli, & Lucani fratribus: an Pollio nis, quod abest spatiu quatuor millium pedum ab urbe: an peregrinetur ad Baias aquas: an manget in Luetino stagno. Respondeat Musa præter expectationem, nihil horum, inquit, agit, sed rideret, quid agat. ubi sunt futtentationes.

Epigr. 257.

Francisci Rugerij e Somascen. Congr.

In quo Icos, frus designatio

D. Francisci est.

Franciscum queris vera mihi pingere formas?

Hæc mihi pingere noas, quas bene pingit  
Amor.

Crudeles macies, & squallens pallor in ore;

Exerat arridentos tarsida farta cutis.

Tum castigat amarginis in margine frontem;

Addes, & lachrymis lacrima dissoluant.

Erago

Aegroti suspirent e pectore labra querelis,  
 Plurimus & circum iter amaror eat,  
 Cartera membra tegat duris velamina setis,  
 Astringat pectus palma supina piuum.  
 Ipse tibi vera Franciscus imagine surget:  
 Adde notas, vestes exire, Christus erit.

Epigr. 257.

Martialis ad Selium.

Quid fronte Selium nubila vides, Rufe,  
 Quod ambulator porticum terit serus,  
 Lugubre quiddam, quod racet piger vultus,  
 Quod pene terram tangit indecens nasus  
 Quod dexira pectus pulsat, & comam vellit.  
 Non ille amici fatali luget, aut fratriss;  
 Ut erg; natus viuit, & precor viuat:  
 Salua est uxor, sarcinaq; ferniq;  
 Nil colonus, delicusue decoxit:  
 Maroris igitur causa, quod domi canat.

Enarratio.

Hic designatio, & enumeratio sunt. Selium Poeta aut tamquam gulosum, aut auarum arguit. Prius proponit. lugubre quidam prae se gerit Selius, cum signa colligit, & indicia mæroris; quod frontem nubilam, ac mæstam habeat. quod serus, id est sciò, ambulator oriosus terat porticum, quod tacereat vultu pigrō, id est tacito, & mæsto: quod adeo sit vultu demisso, & naso per se longo terram prope tangat: quod pectus suum percudit, capillos vellat. Quæ quidem nisi gravissima fortuna, & casu fiunt. Amplificato mætore, sequitur enumeratio canarum, quæ huiusmodi tristiam parere solent, &

iefa-

refutantur: non luget fata, id est mortem  
aut amici, aut frateris, quia uerq; viuit, non  
uxoris, quae salua est, non amissionem bo-  
norum ciuiuum, fascina feruq; non rusti-  
corum, quod nullus colonus decoixerit, dā-  
num ne dederit. tandem datur vera causa a  
poeta putata, cui lugear: quia nemo eum ad  
caenā vocat, & cogitur domi suæ cænare.

Epigr. 258.

Eiusdem ad Pastorem.

Credis ob hec me Pastor opes fortasse rogare,

Propter quod vulgus, crassaq; turbarogat?

Ut fetina meos consumat gleba ligones,

Et sonet innumeracompede Tuscus ager.

Ut Mauri Libicis eentrum stent dentibus orbes;

Et eriperit in nostris aurea Lamnatoris:

Nec labris nisi magna nois crystallaterantur;

Et facians nigras nostra Eaternanines;

Ut canus in nosstro syrus affere sudei;

Et mea sit culto sella otiente freqnens:

Ut luteula linat Tyrios mhi multa lacernas,

Et Massyleum virga gubernet equum.

Festinat ex istis: superos, ac fidera testor,

Ergo quid ut donem. Pastor, & edificem.

Enarratio.

Reiicit Poeta per longam enumeratio-  
nem ea, ob quæ negat se magna petere; quod  
parum honestū, laudabilēq; timē habeant, in  
fine duabus causis egregijs additis. Propo-  
nit non se magna rogare in eum finem, in  
quem vulgus rogat; ut in luxum, & volu-  
piates diuinas effundat. Sequitur expolitioe  
non ut smat, & colat nobiles vincas, quales

Seti-

**S**etinae in Latio: aut ingentes in Tuscia col-  
lendæ seruis innumeris in compedibus vin-  
atis: non ut orbes, idest mensas eburneas ex  
Mauritania allatas, & ex dentibus elephan-  
tis Libici confeatas: non ut triclinia lamenis,  
pro laminis ornata aureis: non ut vasa Chri-  
stallina ad bibendum possideat: non ut Fa-  
lernum vinū niuibus mihi misceatur, vnde  
nigre efficiuntur niues: non ut lectica ex  
asseribus compacta, & a seruis syris Caniz-  
sianis, hoc est vestibus e cenuzina lana nobili,  
& rufa contextis deferat: non ut multos cli-  
tes, ac stipatores cultos habeam: non ut ve-  
stibus Tyrijs, idest purpureis, aut mula,  
aut æquo Marfileo infræno, & virga tan-  
tum recto inuehat: quæ omnia voluptuari-  
um hominum sunt. Verum opes rogo, ut  
donare, & ædificare possim, quæ liberalis,  
magniq; animi sunt.

Egregium sane, poetice narrationis ge-  
aus continet hoc epigramma. Nihil enita  
poeticè magis, ornatusue describi potest, si  
poeticas phrases, si tropos, si argutum di-  
cendi genus, & a captu vulgi alienum spe-  
ctamus.

### Epigr. 259.

Eiusdem ad Candidum:

*Pradia solus habes, & solus Candide, numerosos*  
*Aurea solus habes, Myrrina solus habes:*  
*Majtica solus habes, & Opimi Cœcuba soluss.*  
*Et cor solus habes, solus & ingenium.*  
*Omnia solus habes: hoc me puto velle negare:*  
*Vxorem sed habes, Candide, cung populo.*

Enar-

## Enarratio.

Candidum amicum omnia solum possi-  
dere, & nihil cum amicis communicare. tamquam auarum dicit. non tamen solum  
uxorem habere, sed communem, id est adul-  
teram. hic multa concedit, & in fine negat,  
quod maioris est ponderis, & quod acerbissi-  
mam vulnus infligit. Myrrima vas a sunt,  
& pocula: Massica verò vina, sic Cecuba  
optimiana, a Cæcubo agro Campania.

Epigr. 260.

## Catulli in Æmen.

*Salve nec minimo puellanafa,*  
*Nec bella pede, nec in gris ocellis,*  
*Nec longis digitis, nec ore sicco,*  
*Nec sane nimis elegante lingua,*  
*Decoctoris amica Forniam.*  
*Tem Prouincia narrat esse bellam;*  
*Tecum Lesbia nostra comparatur;*  
*Q seculum insipientes, & inficiunt.*

## Enarratio.

Congerit multam in puellam Transpa-  
danā parum venustā urbanè admirans eam;  
non tantum bellam putari, sed etiam cum  
Lesbia comparari: quæ sunt longus nasus,  
per tortuosus, oculi non nigri, digiti breues,  
frequenter spure, oratione nō potere. ama-  
zia decoctore; Hæc enim non probant mul-  
liorem esse pulchram, sed deformem. Com-  
parati deinde cum Lesbia insipientiam sa-  
pere dicit. Itaq; exclamat in prouinciam  
transpadanam eam inficetam, & ruficam  
appellando, quod pulchram esse dicat.

Con-

Congeries ad laudes supra adhibita fait  
a Martiale ad Decianum Stoicum.

## Epigr. 263.

Sosagi de Martyrio S. Sebastiani:  
Te quoq; transfodit telorum sylua Sebasti  
Et tua ferratum membra calere nemus.  
Dofuerat tanti membrorum copia plagiis;  
Inq; tuo nullum corpore corpus erat.  
Mille vides situs, mille uno in corpore mortes.  
O quantis Christum testibus ille probat.

## Enarratio.

Poetica est amplificatio vulnerum varijs  
coloribus colorata: *Sylva* telorum: *nemus fer-*  
*ratum*: periphrases sunt multitudinis sagit-  
Quem equare nullus ex ea urbe quiusisset:  
Huiusq; testes facti babere se multos  
Sane graues, idoneosq; dicebat.  
Cui cum ex corona quidam amice, quid testes  
Adducis, inquit, cum probare possis?  
Nam si utiq; rerum est, quod resers, fidem nobis  
Res ipsa faciat: en Rhodus est, en saltus.

## Affabulatio.

Vbi rebus opus est, verba inaniter iactas.

## Fabula

## Asinus dominos mutans.

## Epigr. 420.

Oltori Assellus seruens, quod Pavuli  
Quam minimum haberet, quid laboris plu-  
rimum,

Iouem est precatus, ut sibi alium herum daret,  
 Dedit ille sigulum: cui luctum assidue ferens,  
 Durosq; lateres, tegulas prae graues,  
 Iniquior se forte multo: quam prius.  
 Agebat. Ergo denuò dominum sibi  
 Mutare vis licet, eravit Iouem.  
 Quo assentiente, venditus coriaria.  
 Vbi vero acerbam; luctu esamq; & perditam  
 Misera trahebat eis am. onus fatidis  
 Frorum suorum, affinumq; pellibus.  
 Tum crastine rudens sibi quam, ait, facius fuis  
 Seruire seruitutem heris prioribus.  
 Hic enim, ut video, ubi me labore oca deris,  
 Coriua quoq; exerceo ne pengas mortua.

## Affabulatio.

Mutare dominum non nisi in peine datur.

Fabula  
Latro, & Mater.

## Epig. 41. i.

Dannatus morti latrundebatur acerba;  
 Digna recepturus, sceleratae præmia vita.  
 Cui se in conspectum mater cum maesta dediffit,  
 Ingeminans tristi miserandas voce queretas,  
 Ille, ut eam affari est permisus, & osa uita ferre,  
 Maternos mortuus vultus innatus accepit:  
 Totaq; fadava lacrimatis naribus ora.  
 Deceplari hominem plebs circumfusa, vocare  
 Immanem parcidam, atrocissima queq;  
 Dicere supplicia. & penarum exempla nickeri.  
 Audire, ille inquit, cnes: non crimine tam  
 Indicta causa immetitum damnare nolitis,  
 Exiit mihi namq; caput, pestisq; nefanda.

*Causa hac sola fuit; mater mihi causa mali;*

*annis*

*Sola fuit, sed aq; bnius nibi mortis origo.*

*Iam usq; a studijs, usq; a puerilibus annis;*

*Tempore quo subrepitum equalis forte libellum.*

*Rerum ignarus adhuc, & honeste nescius, ipse*

*Exhibui: late atq; alaci que fronte renidens,*

*Dulcibus exceptis fureuam blanditijs rem.*

*Inde alijs pordi, atq; atq; per tempora furtis.*

*Succendentia griffatus huic scilicet arti,*

*Huic vice genero affueni; cui exsto videris.*

*Supplicium, sanaq; crucis tormenta parari.*

*Quae facile vincere nihil licet, & effe*

*Incolumi admores conut fa mente probares,*

*Si me hac materno imperio, flagroq; salubris*

*Peccantem senioris castigauisset in annis.*

### Affabulatio.

*Exitium natis parit indulgentia patrum.*

### Fabula.

#### Formica.

#### Epigr. 422.

*Formica que nunc est, homo fuit quondam;*

*Agro colendo continenter incumbens.*

*Nec fecissus, silene nocte furtivas*

*Fruges propinquas se prouidebent armis,*

*Audiq; semper omnia borras condire.*

*Abominatus Iuppiter sub humano*

*Specie. ac figurâ am nefariorum monstrum,*

*In hanc illam membra verit infacti,*

*Formicæ que nunc dicitur sed ut formans*

*Muravit oris, non refinxit & mores,*

*Etenim rapinis nunc quaq; arua dixerat:*

*Et insolentes ex agris agit pradas,  
Capida, & sonax, semperq; parca quiescit.  
Affabulatio.*

*Eadem manus natura, sorte mutata.*

Fabula  
Asinus, & Vulpes.

Epig. 423.

*Leonis olim pelle A solitus inducas  
Reliquas quadrupedes territans vagabatur:  
Vulpi quoq; obinc insolentem oris insulans,  
Terrere & hanc contumis. Illa que ignarus  
Rudentis esus forte nourmam audisset,  
Tua, inquit, ista horronda toruas oris  
Graui profecto me paurore complesset,  
Nisi, quis leo esses, te rudente cognoscem.*

Affabulatio.

*Indolitus idem, atq; arrogans suo semet  
Sternone, & ignorantiam suam prodit.*

Fabula.

Vulpes, & Asinus, & Leo.

Epig. 424.

*Vulpes, & Asinus, societate contracta,  
Simul in ferarum lustra iere venatum.  
Iis cum leo occurrisset, illicet Vulpes,  
Tanto in periculog; deprehensa,  
Suas ad artes, malitiamq; configuit.  
Seorsum ab Asinorum Leone conuenio,  
Atq; insperata impunitate pro se se,  
Ei tradere actu comparem suum pacta est:  
Paulog; post, abscondito ibi forte  
Imprudendum Asinum usfra duxit in cassos.  
Leo, qui videlicet pradam eam sibi in tuto,*

*Prius apprehensam ventre condidit Vulpem:*  
*Dein vero ad Asinus versus, hunc quoq; absūpsit.*

## Affabulario.

*Inuisus adeo est proditor, graues ut des-*  
*sis sepe panas, unde præmium sperat.*

## Fabula.

*Asinus simulacrum gestans.*

## Epig. 425.

*Simulacrum Asellus basulans argenteum,*  
*Cum id transunes flexo adorarent genua;*  
*Sui hoc honoris gracia est fieri ratus,*  
*Iamq; insolenti clatus arrogantia,*  
*Nolebat Asinus esse, donec aspero.*  
*Probè dolatus fuisse clunes, audiebat.*  
*O stulte, non es tu Deus, sed fers Deum.*

## Affabulatio.

*Se norit hominem, qui magistratum gerit.*

Auenius etiam elegantes elegiaco carmine  
fabulas conscripsit, & Theodosio dicauit: quarum unam canrum adduco.

## Fabula.

Boreas, ventus, &c sol.

## Epigr. 426.

*Immitis Boreas, placidusq; ad sidera Phœbus*  
*Iurgia cum magno conservare lœne.*  
*Quis prior in caput per agat, mediumq; per orbē*  
*Carpebat solitum forte viator iter.*  
*Conuenit banc potius liti præfigere causam,*  
*Pallia nudato decusienda viro.*  
*Protinus impulsus ventis circumsonat aether,*  
*Ei gelidus nimias depluit imber aquas.*  
*Ille magis duplice lateti circundat amictum,*  
*Turbida summa mores quo trahit aura sinus.*

*Sed tennes radios pavilatum increscere Phabus  
Iussorat, & nimis surgeret igna iubar.  
Donec lassa volens requiescere membra viator,  
Seposita fessus ueste sederes humi.  
Tunc vellet docuit praesentia numina Titan,  
Nullum praemissis vincere posse minis.*

## C A P. XX.

*De breuitate epigrammatiſ.*

**A**rgutia explicata de breuitate epigrammatiſ aliquidicendum eſt, quæ virtus ad clatitatem epigrammatiſ facit, ut in capite primo dictum fuit. Breuitas in epigrammate non tam certo versuum numero, quā supervacaneæ rei explicatione, verbisq; non necessarijs definienda, metiendaq; eſt. Ita namq;, Martialis testimonio, disticha, & monosticha longa effe poſſunt. Epigr. quidem, quod breuius fuerit, feruato tamen decoro, & argutia, eo iucundius, gravius, concidiuſq; communiter habebitur. Itaq; illa habiliora priores cætera iudicantur, quæ binis, ternis, quaternis, quinisis, & senis disticis ſunt contexta. Dixi communiter, quia longiora nonnunquam meliora putantur, etiā ſi longitudine integrum paginam occupent. Quæ Martialis quodam epigrammate in delicatum lectorem defendit, & laudat. quod eft ſequens.

Epigr. 427, in the same book.

*Martialis adlectorem delicatum.*

*Consumpsa est uno sitemma pagina, transi,*

*Et breuior atibi non meliora placent.*

*Dives, & ex omni posita est instructa macella.*

*Cenatibi sed te Mattia solassuant.*

*Non opus est nobis nimium lectore guloso.*

*Hunc volo, qui siat non sine pane satur.*

### Enarratio.

Lector: delicatus lemma, id est epigramma per synecdochen posita parte pro toto, languisculum transit, & non legit, sed breue tantum degustat. Poeta vero affirmit: cu[m] breuioribus, & non melioribus gaudere. quod ut probet, comparat libros suos epigrammatum cænæ dixit, & conuiuio apparetissimorum quo non unius generis cupediæ, sed omnes lautitez, & galæ irritamenta, ac solidæ epulæ infint. Longiora epigrammata requirunt res graues, & magnificæ, veluti descrip[ta] laudes, epitaphia, & id genus alia. Breuiora vero res iocosa, leues, & communes. Itaq; illa solidis cibis, & melioribus similiadicuntur, hæc vero Mattijs, hoc est belarijs, & secondis mensis: quod brevia, lepida, iocosa, salsa scopisticaq; sint. Concludit igitur se non probare: his tantum dele&tan-tem, vel nimium gulosum: sed eum magis, qui etiam panem in conuiuio edit. Hoc est oblioste cibo, & epigramatis longis vritur.

Dicendum igitur est epigrammata vel breuiora, vel longiora conficienda esse pro rei explicandæ natura, & decoro. Quod

clarius: adhuc sequenti eiusdem epigrammati  
spatere efficitur.

## Epig. 428.

Eiusdem in Cosconium.

*Cosconis, qui longa puras epigramata nostra,*

*Vulnus vngendis axibus esse potes.*

*Hac tu credideris longum ratione colossum,*

*Et puerum Bruti dexteris esse breuem.*

*Disce, quod signas; Marfi, doctiq; Pedonis;*

*Sape duplex unum pagina tractare opus.*

*Nō sūt lōga; quibus nihil est, quod demere possis.*

*Sed tu, Cosconis, disticha longa facias.*

*Enarratio.*

Poeta Cosconij sententiam de suorum  
epigrammatum longitudine quatuor ra-  
tionibus refellit: prima est ab eius in se ita,  
affirmans eum apud premisse aut regis regen-  
dis, quam versibus faciendis, ad censendis:  
*vulnus vngendum.* propter bijs locum gerit: quia  
aliquis axes curvis s̄epius vngendo breue  
iter, ex longo seddere potest: sed non similis  
ratio poetarum; quia pro ratione argumenti  
symetria, & proportionem requirit. Hac  
tu. altera ratio a simili per duo contraria.  
Ut colossus, dicetur, & amplius maior sit  
humana statuta, longus dicendus non est:  
nec Bruti puer, brevis; sed conueniens sta-  
tura; quia colossus Deo, & haec puero con-  
venit: sic epigramma, ita argumento exi-  
genda, vel pluribus, sed paucioribus versi-  
bus constare debet. Nec longum, nec breve  
dicendum erit; dummodo in eo nihil super-  
sit, Colossus tantum Deorum, mox sibi

L 6 etiam

etiam Principes usurparunt. Figura pueri  
Bruti magno artificio ex æte in Iconula, quæ  
sigillū dicebatur, expressa erat. Mart. lib. I 4.

*Gloria tam parui non est obscuræ sigilli,  
Istius pueri Brutus amator erat.*

*Disce quod: tertia ratio ab exemplis duo-  
rum epigrammatariorum: quorum epigrā-  
mata nonnulla duabus paginis absoluēban-  
turi. Non sunt: quarta ratio a definitione lon-  
gitudinis sumpta. quæ non in multis versi-  
bus, sed in superuacaneis, inueniuntis, infaca-  
tis, & puridis posita est. Enquia talia erant  
Cosconij disticha, ideo longa erant dicenda.*

### De Monosticho.

*Monostichum argutum est, si aut re,  
aut verbis fieri antithesis.*

*Epigr. 419.*

*Martialis ad Castorem.*

*Omnia Castor emis: sic fiet, ut omnia vendas.*

### Enarratio.

*Antithesis est emis, vendas. Castor cum  
pauper esset, & multa emeret; cogetur tan-  
dem omnia vendere, ut vitam toleret.*

*Epig. 430.*

*Eiusdem de Cinna.*

*Pauper videri Cinna vult; & est pauper.*

### Enarratio.

*Cinna opes dissimulabat, tamquam diues,  
sed poeta reuera pauperem esse dicit. anti-  
thesis est in dissimulatione Cinnae, diues,  
pauper.*

*Epigr. 431.*

*Juppiter in celis, Caesar regit omnia terris.*

*De*

## De Disticho.

Distichon elegantius monosticho est, ac plures recipit iocos. ut illud Græci poetæ, in quo tribuitur Troiæ, quod libro de Troiæ agenti contigit.

Epigr. 432.

*Carmen Iliacum libros consumpsit Asellus.*

*Hoc fatum Troia est, aut Equus, aut Asinus.*

Enarratio.

Nota historia de Troiano Equo est ex Virgilij 3. Æn. & alijs.

Epig. 433.

*Martialis in Inuitatorem.*

*Omnia cum retro pueris obsonia tradas;*

*Cur non mensa tibi ponitur a pedibus?*

Enarratio.

Inuitator cibos seruis, siue filijs, aut vernis tradebat, & nihil relinquebat conuiuis. Poeta igitur dicit mensam ponendam fuisse seruis, non conuiuis. lusus est a pedibus.

Epigr. 434.

*Eiusdem ad Gaurum.*

*Munera qui tibi dat locupleti, Gauri, seniisque;*

*Si sapis, & sensis, hoc tibi aut morere.*

Enarratio.

Monet poeta Gaurum, ut sibi caueat ab infidijs captatorum testamentorum, qui diuitiis, ægris, viduis, & senibus munera mittebant, ut hæredes scriberentur.

Epig. 435.

*Eiusdem in Cinnam.*

*Esse nihil dicas, quid quid petis, improbe Cinnam,*  
*Si mil, Cinnam, petis quid tibi, Cinnam, nego.*

Enarratio.

Enarratio.

Petebat Cinna multa a poeta, quæ cum negarentur, semper dicebat sibi nihil rem negata fuisse. Hinc argutè poeta dicit, si nihil petis, ergo nihil tibi nego.

Distichon interdum accommodatum est ad breves descriptiones, & sententias.

Epigr. 436.

Eiusdem de Fannio.

*Hoffem cum fugeret, se Fannius ipse peremis.*

*Hic, rogo, non furor est: ne moriare mors?*

Epigr. 437.

Eiusdem de Apollonio Rhetore.

*Extemporalis factus est meus Rhetor;*

*Calphurnium non scripsit, & saluauit.*

Enarratio.

Apollonius Rhetor erat obliuiosus, que poeta extemporalium esse factum dicie longa memoriae exercitatione. Quod unum, modo possit nominare, cum ante non posset, nisi scriberet, & disceret. extemporalis, & ex tempore dicere quid sit, dicimus in Rhetore lib. 1. cap. 5.

Distichon ut plurimum constat sua propositiōne, siue argumento, & ratione, siue causa, quæ, si inopinata erit, & admirabilis, arguta erit.

Epigr. 438.

Eiusdem de Phileno.

*Oculo Philensis semper altero plorat:*

*Quo fiat illud, queritis, modo? Lusca est.*

Enarratio.

Vno oculo Philensis canum plorat, quia lusca

*Iusca est, hoc est vnum tantum oculum habet. ideo duobus oculis plorare nequit.*

Epigr. 439.

Eiusdem ad Olium.

*Cana est barba tibi, nigra est coma, tingere barbam,*

*Non potes, hæc causa est, sed potes, Ole, comam.*

Epigr. 440.

Eiusdem de Fabulla.

*Iurat capillos esse, quos emit, suos*

*Fabulla. Nunquid, Paule, peierat? nego.*

Enarratio.

Amphibologicum causam inopinabilem facit, suos in priori propositione sibi enatos, in altera sibi possessor accipit, & caluam esse significat.

Epigr. 441.

Eiusdem de Apeo.

*Dotate uxori Cor arundine fixit acuta:*

*Sed dum ludit Aper, ludere nouit Aper.*

Enarratio.

Aper, ut dotis haeres esset, uxorem diutinem simulatio ludo sagitta interemit. Itaque ludit in priore loco propriam habet significationem, in altero ponitur pro eludit.

Epigr. 442.

**Cardinalis Barberini, nunc Urbani VIII.**

Pont. Max. de Sole, & Ape.

*Luce fugat tenebras, cera dum vestit ab igne*

*Accensas faculas, & Eunula solis Apis.*

Epi-

Epigr. 443.

Eiusdem Canis Epitaphium.

*Tres raptò Macrone canes aurata pererrant  
Sidera: vero bis maior, & ursa minor.*

Epigr. 444.

Soffagi in Attalum.

*Helluo librorum Varro fit, Attalus alter  
Helluo, at ille oculis, Attalus ore vorat.*

Enarratio.

Varro vorabat libros legendō: Attalus  
vero vendendo, & pretium comedendo.

De Tetraстиcho.

Tetraстиchon ea complectitur, quæ de  
disticho dicta sunt: sed cum eo longius sit;  
ita etiam paulo latius, & liberius esse potest,  
& ad multò plura, quam distichon, se exten-  
dit. Capit graviora argumenta, ac plures  
sententias. adhibetur nonnunquam in sup-  
neribus, & epitaphijs.

Epigr. 445.

Martialis de Pompeio, &amp; eius filijs.

*Pompeios inuenes Afia, atq; Europa, sed ipsum  
Teira regit Lybies sitamen villa regit.*

*Quid mirum toto si spargitur arbediacere**Uno non poterat tanta ruina laco.*

Enarratio.

Nobile elogium Pompeij, & filiorum  
eius, qui duo fuerunt, sextus Pompeius, qui  
Miletus, quod Africa civitas est, ab Antonianis  
militibus intercepitus periret, & Cneus Cnei  
filius in Hispania Europæ prouincia vicitus  
fuit. Pater in Lybia, quæ Africa est, occi-  
sus fuit, & sepultus. Dicit autem, sitamen  
villa:

vlla. quia inh umatus diu fuit. Concludit epiphonemate tantos viros non potuisse uno loco capi, ideo sparsos fuisse in toto orbe, Afia, Europa, & Africa.

Ioci sunt in terrasticho s̄epe tam in verbis, quam in re.

### Epig. 446.

Eiusdem ad Attalum.

*Semper agis causas, & res agis. Attale, semper: Est, non est, quod agas. Attale, semper agis. Si res, & causa desunt: agis, Attale, mulas.*

*Attale, ne, quod agas, desit, agas animam.*

### Enarratio.

Attalus, cum velles videri semper occupatus, apta, ineptaq; agebat. Itaq; huic, s̄alsè precatur Poeta, vt, si nihil habet, quod agat, agat animam, idest moriarur.

### Epigramma 447.

Eiusdem ad Quintum.

*Soluere dodrantem nuper tibi. Quinto, valebat.*

*Lippus Hylas: Luscus vnde dare dimidium: Accipe quam primum: breuis est occasio lucri: Si fuerit cæcus, niktibi soluet Hylas.*

### Enarratio.

Præstare docet paruum lucrum nulli. Quintus Hylæ pecuniam crediderat: Hylas incipiens lippire dodrantom, idest nonam partem de libra soluere volebat, morbum excusans. Quinto recusante, Hylas luscus factus est, & ob eam causam scilicet tam- tum dicebat soluturum. Monet Poeta Quin- tum, vt dimidium accipiat, ne totū perdat, quod fortasse esset, si Hylas cæcus fieret.

Epigr. 448.

Eiusdem de Apollonio Rhetore obliuioso.  
Quinum pro Decimo, pro Crasso, Regule, Ma-  
crum,

*Ante salutabas Rhetor Apollonias.*

Nunc utrumq; suo resalutat nomine: quantum  
Cura laborg; posset: scripsit, & edidicist.

## Enarratio.

Apollonius adeo obliuiosus erat: ut duo  
amicorum nomina retineret non posset, nisi  
scriberet, & disceret. Eum irridet Poeta  
tamquam ineptum Rhetorem, exhibita iso-  
nia, sale, & lepore.

Epigr. 449.

Francisci Alexandri in obitu Aldini  
Catellæ.

Cognatam lethibratum dat Cerberus Orbi  
Ignifero astarem sanguis ore vomit.

Astat in Elisij formosa Aldinavetris:  
Spix et vermis tempora verme locis.

Epig. 450.

Martini Sandeli de eadem Catella:  
Faucibus ex Orci reuocas, atq; inscris astris!

Veribus Aldinam doce Alexandre tuis.

Ophheus imidens fata indulisse Catella,

Quod quondam Euridice non tribueret sua.

Epigr. 451.

Martialis de Sillio Italico:  
Silius nec magni celebrat monumenta Maromiss:

Iugera fauendi qui Ciceronis habet.

Heredem, dominumq; sui tunuliq; larisq;

. Non alium maler, nec Maro, nec Cicero.

## Enarratio.

Silius Italicus poëta, & orator Virgiliū, & Ciceronem adeo coluit, ut Virgilij sepulchrum pene quotidie adire consuerit, ac in eo aliquandiu delituerit, ut ab ossibus Poeta spiritum Virgilianum hauriret. Ciceronis vero villam habitauit, eiusdem Academiam instaurauit. Gyraldus in vītis poetarum hæc plenius tractat. Hunc Martialis ab obseruantia in hos duos, tum a poetica, & oratoria facultate commendat.

## De Exasticho, &amp; cæteris.

Exastichon vi Tetraasticho grandius, ita grauiores etiam sententias accipit. Eadem de octosticho, & cæteris dicenda sunt. Nam, quod longiora sunt, eò aptiora pariter sunt ad grauiorū solidiora, & nobiliora explicanda, ut supra dictum est.

Epig. 452.

## Martialis de statua Iunonis.

*IUNO Labor, Polyclete, tuus, & gloria felix,  
Phidiaca cuperent quam meruisse manus,  
Ore niter tanto, quanto superasset in Ida  
Indice conuictas non dubitante Deas.  
Iunonem, Polyclete, suam nisi frater amaret,  
Iunonem poterat frater amare tuam.*

## Enarratio.

Laudat statuam Iunonis a Policleto factam, Laus ab effectis, quod gloriam ei perpetit; collatione eleganti, quod Phidias ralem nunquam effecerit, ab oris pulchritudine, quam tantam fuisse testatur, ut si ea ornata Juno tunc fuisset; quando Paris in Ida monte

monte Phrygiæ de Iunonis; Mineruæ, &  
Veneris venustate abbitatus, est, absq; du-  
bio eodem iudice Minervam, & Venerem  
pulchritudine vicisset, tandem quod digna-  
sit, quæ a loue ametur, nisi veram & soro-  
rem, & vxorem suam Iunonem amaret,

Epigr. 453.

Ausonij de pulchro Dei responso.  
Doctus Hylas castu, Phregens carus arte pa-  
lestræ,

Clarus Olympiacis & Lycur in stadijs.

An possint omnes venturo vipeere agone,

Hammonem Lybie consiluene Deum.

Sed Deus, ut sapiens; dabitur vitoria vobis

Indubitate quidem, si canearis, ait:

Ne quis Hyllam castu, ne quis certamine ludet

Pbregia ne cursum Lyce prætereat.

Epigr. 454.

Eiusdem de Thrasibulo Lacedemonio:

Accipis aduerso quod pectora videnta sepiem:

Arma supernebris quod Thrasibule rupit:

Non dolor hic patris Pitana, sed gloria maior,

Karum tam pulchro fuisse posse frui.

Quem postquam mesto focu posnere feretru:

Talia magnanimus ededit ex sa pater.

Fleti alior, nasus lacrymis non indiget ullis,

Et mens, & talis, & Lace demonsus.

Epigr. 455.

Catulli de Atio.

Commoda dicebat, si quando commoda vellere

Dicere, & his fidias Arris, insidias:

Et tunc mirifice sperabat se esse locutum,

Cum quapum poterat dixoyat his fidias.

*Credo sic mater, sic Liber auunculus eius,*

*Sic maternas anus dixerat, atq; ania.*

*Hoc misso in Syriam, requierant omnibus aures:*

*Audibant eadem hac leniter, & leuiter:*

*Nec sibi postilla metuabant talia verba,*

*Cum subito affertur nuncius horribilis,*

*Ionios fluctus, post quam illuc Arrius iget,*

*Iam non Ionios esse, sed Hionios.*

### Enarratio.

Quintilianus lib. i. cap. 5. de usu Haspirationis loquens hoc epigramma citat, ac nobile appellat. Tum Policianus cap. 19. Miscellaneorum explicat. Catullus hic Artrium præter grammatices rationem, & latinitatis usum cum intolerabili audientium fastidio proferentem Haspirationem, ioco, risuq; insectatur. tres dictiones præsertim hic citat male aspiratas, & prolatas ab Arrio. C Hommoda, Hinfidias, Hionios. Credo sic. a quibus dedicisset Arrius eam pronunciationem ex sua sententia dicit; idcirco scal. loco dixerat reponendum esse ex veteri scriptura dicerat: Requierant: quia nemo eutri sic loquentem Romæ audiebant, idest hiulcè, crassè, & asperè: sed omnes leniter, idest exiliter, & leuiter, idest suauiter. Postilla adverbium, postea. Nuncius horribilis. formidandus: de Arri reuersione Romam ob fastidium illius audiendi.

## C A P. XXI.

*De Elocutione epigrammatis.*

**I**LUD IMPRIMIS IN ELOCUTIONE EPIGRAMMATIS CAUENDUM EST, NE VERBUM VILUTA OTIOSUM APPONATUR, AD EXPLENDUM VERSUM MAGIS, QUAM AD REM SIGNIFICANDAM COMPATIUM. VERBA MAXIME PROPIAS SINE, & IDONEAS: EPITHETA SELECTA, & REBUS IPSIS APTA. DE QUIBUS AGIMUS IN RHETORE LIB. 3. c. 6. DE ELOCUTIONE. VICTOR ETIAM NIMIA PHRAIUM PULCHRITUDO, AC FLORIDUM DICENDI GENUS. FLOS ENIM, QUAZ AMPLITUDE, MAGNITUDINE, VARIETATE, & COPIA CONSTAT, ASGURIA NON EST AP-TUS. ET DUM PHRAIUM ALLEGATI PULCHRITUDINES; IN FLORES, COLORESQ; DIFFUNDIMUR, SACCOM, & ACROMONIARIA PERDIMUS. QUOD MALI POETAE MARTIALIS ESTE ASSEQUIT. COMMUNITER BITIDUM SIT EPIGRAMMA, APERTUM, CLARA, & FACILI SENTENTIA, & ELOCUTIONE. SI SI ARGUTIA SATIS PER SEVENUSTA, IPSAQ; NARRATIO NON ERIT, FIGURÆ MISCEANTUR SENTENTIACUM AD MAIOREM VENUSTATEM: VELUTI INTERROGATIO, SUBIECTIO, DUBITARIO, COMMUNICATIO, PROSOPALPSIA, APOTROFHE, ETHOPEIA, PRETERITIO, IRONIA, DEPRECATIO, RETICENTIA, & ALIAZ, QUAZ IN RHETORE VIDERI POTERUNT: EPIGRAMMA IN SPECIE VARIAS amat DICENDI FORMAS, & ORNATUS. QUINTUS SPECIES PONIT SCALIGER. PRIMA EST, IN QUA EST MEL: ALTERA, IN QUA FEL: TERTIA, IN QUA ACETUM: QUARTA, IN QUA SAL: QUINTA, IN QUA HEC MISCENTUR.

Prima species omnium nobilissima est, & magnificenterissima, quæ ad laudem pertinet, & ad declarandum studia nostra erga Deū, Diuos, patriamq; celestem. Hæc mixtam habet venustatem cum grauitate, acumen cum lenitate. In hac quasi ibi natus numerus videtur, non aliunde eò deflexus. In hac semper animus legentis usq; ad extremam conclusionem suspensus tenetur; cuius desiderium expletur sententia excepta. Contineat enim exquisita quadam argutia, & numero so dicendi genere perficitur. In ea respondent partes partibus, aut extrema conclusio superioribus omnibus. Huius generis est primum *Martialis*; *Barbara Pyramidum*, quod in fine opusculi copiose explicatur; ita sequens eiusdem ad *Saturnum*.

## Epigr. 456.

*Martialis ad Saturnum:*

*Antiqui Rex magne Poli, mundiq; prioris,  
Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat:  
Nec regale nimis fulmen, nec fulmine digna;  
Scissa nec ad manes, sed sita diues humus:  
Letus, ad hec, facilisq; vena solernia Prisci  
Gaudia, cum sacriste decet esse tuis.  
Tu reducem patriæ sexta, pater a prime, bruma  
Pacifici Latia reddis ab urbe Numa.  
Cernis, ut Ausonio similis tibi pompa macello  
Pendeat, & quancis luxurietur bonos?  
Quam non parca manus, largaq; numismata  
mensæ,  
Quo Saturne, tibi pernumerentur opes?  
Ut sit bis premium meritiss, & gratia maior,*

Et

*Et pater, & frugi sic tua sacra colit.*

*At tu sancte tuo sic semper amere Decembris  
Hos illi iubeas sepe redire dies.*

Enarratio.

Hoc graue, vetustum, acutoq; & nume-  
roso dicendi genere ornatum epigramma  
his partibus constat, In primis duobus disti-  
cis Saturnus laudatur, & vna aureum secu-  
lum. Ille a dignitate, *Rex*, a magnitudine,  
& antiquitate Regni; eiusq; felicitate, quod  
tunc aureum seculum foret; quod describi-  
tur a multis adiunctis, quietis, *pigris* quies.  
absentia laboris, *ne labor.* tyrannidis, & pu-  
nitionis. *ne regule,* adiuncto innocentiae: *ne*  
*fulm*: *ne digna.* absentia causarum maleficio-  
rum, quae sunt diuitiae: nondum enim ab  
auaris effossa fuerant, sed adhuc humi sse-  
ciant. *scissa nec.*

Duobus sequentibus disticis invitatur Sa-  
turnus ad saturnalia, quae Priscus Terentius  
post annum sextum Roma in Hispaniam re-  
mersus in gratiarum actionem persoluit pro  
felici regressu. Duabus alijs continetur com-  
mendatio Saturnalium Hispanorum per  
comparisonem cum Ausonijs, idest Latini-  
nis, & Romanis in resum omnium appara-  
tu. In septimo disticho est ratio, cur Priscus  
pater aliqui frugalis tam laute, & sumptuo-  
se ea festa celebret: ut utilior Prisco, & gra-  
tior Saturno esset celebritas. Octauo est pre-  
catio Saturni: ut ita cultus longum etiam  
Prisco concedat, quo saepe saturnalia cele-  
bret. Eruditionis, & ornamenta obseruantur.

De

## De Epigrammate amatorio.

Amatorium epigramma sit molle, tenuerum, laxum, & amatorios affectus in se habeat. Cuius efficacia est non efficax esse; sed nequam. Hoc interdum in fine argutum sit, interdum deficiens, & mutilum. Maxima enim amantis sapientia est amentia. Quae exprimuntur in epigrammate, defectibus sententiatum, aut repetitionibus, aut defidetis expositis, aut cogitationibus, somnijs, viisis, presagijs, collocutionibus fictis. Nec tamen frigida, languida, inculta, puerilia sint. præcipue viscer turpitudo, & obscenitas in tali epigrammate: neq; apud alios segatur quidquam obsenum, & liberaliter educati famæ, & dignitati perniciosum.

## De epigrammate, in quo est fel.

Fel, siue amarulentia appellatur, cum obiurgamus, obtrectamus, maledicimus. Quod quidem viro bono exercere licet, modo fiat absq; opprobrio, & contumelia. Conuicia sunt ciuilia ad malos mores detestandos, & ad depravatam viuendi rationem, siue consuetudinem notandam: & nos ad animi immoderati maledicentiam euocandam. Hucus generis illud est Martialis ad Gelliam, quam deformem irridet.

Epigr. 457.

## Martialis ad Gelliam.

*Si quando leporem mittis mihi, Gellia, dicas;  
Formosus septem, Marce, diebus eris.  
Si non dersdes, si verum lux mea narras;  
Edisti nunquam, Gellia, tu leporum.*

Epigr. 458. *Eiusdem ad Gallum.*

*Nunquam meruocas, venias enim sape vocatis;  
Ignosc nullum si modo, Galle, upcas.  
Inuitas alios vitium est utriusq; quod? inquis,  
Et miba car non est: nec tibi, Galle, pudor.*

*Enarratio.*

*Poeta se stultum, & Gallum imprudenter vocat. Quod cum cum sape ad caram vocasset, ab eo non reuocatus fuerit.*

*Epigr. 459. Eiusdem ad Sabidium,*

*Nen amore Sabidi, nec possum dicere, quare.  
Hoc tantum possum dicere, non amore.*

*Enarratio.*

*Argutum est epigramma, & felle imbutum; flagium enim iuuic, quod non vult describera.*

*Epigr. 460. Ausonij ad Phylemuseum grammaticum,*

*quod fel, & obrectacionem habet.  
Emptis quod libris tibi bibliotheca referta est;*

*Doctum, & grammaticum te, Phylemuse,  
pulas.*

*Hoc genere, & Chartas, & plebra, & barbita  
conde, & cetera lab macto, atque  
Mercator hodie, crasci baredus erit.*

*Epig. 461. Eiusdem in statuam Rifi Rhetoris*

*Semiuiti, & clippuis.*

*Rhetoris hac Rifi statua est, mil verius ipsa:  
Ipsa adeo linguam non habet, & cerebrum.*

*Et riget, & surda est. & non videt, omnia kufis;  
Vnum diffinile est, mollior ille fuit.*

Epigr. 462.

**Caroli Bossijan Pippum, quem acriter  
obiurgat.**

*Dolia si misso spumant tibi tota Falerno,  
Et madet ignoto si tua mensa mero:  
Cur mea, qua pauper tibi munera nunc agollus,  
Respuis et remans: non aliena bibo.  
Non aliena bibis? Mendax fare obsec: nonne  
Cum sua vina bibit, vna aliena bibit?*

Epigr. 453.

**Eibsdem in cundem.**

*Plena peregrino rustant tibi viscera musto,  
Oreq: sumanti missus Iacobus otet.  
Si mere vina tamen, mea que tibi pradix pen-  
dunt,*

**PIPPE** supercilios pene bibonse negauit  
*Non aliena bibo, respondes, dic mihi Pippo.  
Quando vina bibas; si tua vina bibo?*

Epigr. 464.

**Eiusdem in cundem.**

*Vngue rapax anide lacerascum, Pippe, clientē,  
Iussaq: in expleto guitere dona voras:  
Cum mihi amata manus male sparem congerit  
aurum, & auro & arietem edocet  
Pactaq: furioso transite gemma sibie,  
Cum Cereris, Bacchoq: liras, & veroq: fauente,  
Exudatq: cadus, trabsq: onerata gemit;  
Cum tibi sollicito nullo poscente labore,  
Conscia nocturnas ianua reddit opes:  
Non aliena rapit Quia tandem lege docebiss:  
Ut qui aliena rapit, non aliena bibat?*

Epigr. 465.

Eiusdem in cunctis :

*Heridani colles quamquam ibi multa propinat  
Insignita Dei nobis iore nota:*

*Multa Pippe tamen vultu constante recusas,  
O mirum exemplar, insitumq; decus.*

*Non aliena bibo respondes, Pippe, bonumq;  
Ipsum te ostentas: hoc ait esse virum.*

*Quis negoti non bonus hic, quis dolia portas  
Affertus,*

*Quamquam diva feras, non aliena bibet.*

Epig. 466.

Catulli in Mamurram Mentulam.

*Firmianus saltus non falso, Mentula, deus*

*Feritur, qui quot res in se habet egregias,*

*Amicinus amogenus p'siles prata, armis fer-  
rasq;*

*Ne quidquam fructus sumptibus exuperas,*

*Quare concedo, sis dunes, dum non tua desint;*

*Sumptuor lardamus: dum sicut ipse egas.*

Euarratio.

Ex Scaligero ita legendum est hoc epi-  
gramma: carpit, & amaris iocis infestatur  
poeta Mamurram, quod ridicule se iacta-  
ret, tamquam locupletissimum, & in initis  
superbe minaretur. Dicit enim diuitias  
suas magnas eti sumptibus exuperare, ut  
in tantis diuitijs perpetuo egat, & ideo ni-  
hil possit.

Epig. 467.

Spinulae de Patre, &amp; Notho.

Dum pater insegitur natum, inclamat,  
inquit:

Male fugis nequam, pessime Mule fugis?  
 Cui natus fugiens, mulum non me ipse vocares,  
 Si non olim Asinus me genuisset iners.  
 Dumq; Deos genitor regat, hunc ut fulmine per-  
 dant:  
 Ipse aut, haud penetrat vox asinina Polos.

## De Epigrammate aceto pleno.

Aceto plenum est epigramma, cum cas-  
 pitus absq; maledictis, quantum fieri po-  
 test: acumine tamen quasi quodam mordet  
 & argute carpit. Quod videatur compara-  
 tum ad excusandum, & accusat; ad laudan-  
 dum, & vituperat.

## Epig. 468.

## Martialis in Taurum:

Dummodo causidicum, dummodo Rhetore  
 fingis,  
 Et non decernis, Taure, quid esse velis.  
 Petras, & Priami transfir, & Nestoris aras,  
 Et fueras seruo tam tibi definere;  
 Incipe, tres uno perierunt Rethores anno,  
 Si quid habes animi, si quid in arte vales.  
 Si Schola damnatur fora lisibus omnia feruens,  
 Prosepe posse fieri Marsyas causidicus.  
 Eia ager cum pessiora, quo te spectabimus usq;  
 Dum, qui sis, dubitas, iam potes esse nihil.

## Esarratio:

Poeta Taurum nec causidicum, nec Rhet-  
 oreum esse contendit. Iam propo dicit tre-  
 centos annos cum deliberare: tot enim no-  
 minati vixerunt, quid esse velit. Quia aetate  
 serius potius desinere, quam incipere vidi-  
 xi potest. Proponit opportunam deliberandi

occasione<sup>m</sup>, si Rhetor esse velit, extinctis  
tribus præstantissimis Rhetoribus. Si causidicus,  
ita forum abundare litibus; vt ipsa  
Marsyæ statua in foro posita, si loqueretur,  
posset artem dicendi discere, vel causas age-  
re. Tandem eum hortarunt, vt velit vel Rhei-  
tor, vel causidicus, vel nihil esse.

## Epig. 469.

Eiusdem in Clasicum.

*Inuisum cœnare foris te, Clasicce, dicens:*

*Si non mentiris, Clasicce, despeream.*

*Ipse quoq. ad cœnam gaudebas Apicius ire:*

*Cum canaret, erat tristior, ille domi.*

*Sit tamen inuisus vadis, cur, Clasicce vadis?*

*Cogor ait: verum est, cogitur &c. Silius:*

*Errugat ad cœnam Melior te, Clasicce, retta.*

*Grandia verba ubi sunt? si vires, eocenega.*

## Enarratio.

Clasicus aiebat se inuitum foris cœnare &  
negat poeta se credere: quod lētum sit foris  
cœnare. Et probat exemplo Apicij, qui licet  
domi delirijs abundaret, foris tamen inuita-  
tus libenter cœnabat. Præterea dicit nemini-  
nem cogi foris cœnare. Igitur ipse cœnabat,  
quia Cœnipetā erat. Hoc probat exemplo Se-  
lij, qui tota vrbe alienas cœnas quererbat.  
Concludit inuitatum a tenuioribus dicere  
solitum se inuitum foris cœnare, a delica-  
tionibus vero, & lautioribus, qualiter erat  
Melior, ad cœnam rectam, iustum, & lautam  
solitudinē libentissime ire. Illum igitur ut  
cœnipetam carpit.

*Etsi tu si Epigramma 470.*

*Eiusdem in Cæcilianum somnatum.*

*Candidus nihil est it, Cæciliæ, non aut,*

*Si quando ex nostris dictibus pauca legis.*

*Protinus aut Marci reuocas, aut scripi a Catulli,*

*Hac mihi das, sanguine deteriora legas,*

*Vt collara magis placent mea? credimus istud.*

*Malo tamen recites, Cæciliæ, tua.*

### Enarratio.

Ironice Cæcilianum iuvidum carpit. Quicunque legeret carmina Martialis, statim legebat alia Marci epigrammarum laudatissimi, aut Catulli. Vt videtur significare meliora esse Martialis, quam eorum, magisq; sibi placere. Postremo argutè concludit, postquam affirmauit se id credere, sed eo modo, quo illo, id est non credere, virtualit sua, quia in superiori rite postatum scripta recitaret, & conferret, quia sic facile apparebit, quam Martialis illi insulso, & indocto sit preferendas.

*Epigramma 471.*

*Eiusdem ad Fidentinum.*

*Quoniam tuas, meas est, o Fedentine, libellus.*

*Sed male cum recitas, incipit esse tuus.*

### Enarratio.

Fidentiam Poëta carpit, ut plagiarium, bona aliorum scripta, ut sua, sed possimè retinantes: & dum ita recitat, dicit sua esse, id est suis similitudinem facere. Bona enim scripta inepta pronuntiatione deteriora fiunt. Cicero de Oratore restatur meliorera esse in fan-

tem cum gestu, quam eloquentiam quam  
maximam absq; actionis vita. vide Rhet.  
lib. 5. cap. 37.

## Epigramma 472.

Eiusdem in Velocem.

*Scribere me quereris. Valex epigrammata loqas;  
Ipsenibz scribis: tu breviora facis.*

Enarratio.

Ironice poeta Velocem laudat, quod  
brevia, idest nulla scribare epigrammata. Vi-  
detur preferre eius carmen suo, & magis vi-  
tuperat.

## Epigramma 473.

Eiusdem ad Lesbiam.

*Arctea de gente comam absi, Lesbia misit  
- Ut scires, quanto sit tua flumina magis.*

Enarratio.

Videtur Lesbiat tendere a come ornati-  
mento, quia, si ea flava manu sit, laus est: si  
arte, fraus. Si empta, nequicia. Sed cum di-  
cit se misisse ad eam comam Arctea de gen-  
te, idest a Germania, que sub Arcto septen-  
trionali posita est, ubi ruffandi, & liquandi  
pilos ars vigebat, & lupæ comato flauam af-  
fectarent, ex earum numero esse dicti & quod  
maxima vituperatio est.

## Epigramma 474.

Eiusdem in Selium adulatatem, &amp; ca-

cipitam.

Laudantem Selium, cum cena retia tendit.

Accipe, siue legas, siue patronus agas.

Efferè, graniter, cuò nequier, euge, beatoe.

Eloq volvi saltac et iam tibi canas.

475

### Enarratio.

Sellius, ut cænam captaret, quod eleganter expressum est. cum cena retia tendit. legem, vel causas agentem, vel quid aliud laudabat, & exclamabat adulatoriè: effatè: maturè, & sapienter lectum, vel actum est: graniter: cum dignitatem; cito, expeditem: ne quisiter: versutè, & blandè: euge: præclarè: beate: diuinè: Poeta dicit hoc voluisse intellegere: insolitus est, quid velit illa adulatio non pè cænam. cum se datum: ideo ei ins dicit, ut taccat:

### Epigramma 475.

#### Eiusdem ad Sextum.

*Sexte nihil debes, nil debes, sexte, faremur.*

*Debet enim, si quis soluere, Sexte, potest.*

### Enarratio.

Fortunas sexti laudare simulat, quod dicat nihil debere, & obstatum non esse: sed re inopiam, & mendicitatem ridet. quia ideo debere nihil dicat, cum debeat, quia soluere non potest.

### Epigramma 476.

#### Eiusdem de Acetra.

*Externo fatere mere qui credit Acerram,*

*Fallitur, in lucem semper Acerra bibit.*

### Enarratio.

Videtur excusare Acerram, dum dicit eum non fatere vino hesterno: sed magis vituperat, quod afferat diem, noctemq; continuare bibendo. In lucem semper bibit: id est usq; ad lucem diei sequentis.

Eiusdem in Zoilum.

Mentitur, qui te virtiosum, Zoile, dixit.

Non virtiosus homo es, Zoile, sed vitium.

Enarratio.

Excusare dum videtur, magis accusat  
Zoilum, minus negando, & maius affirman-  
do, per synecdochem.

De Epigr. in quo est Sal.

Epigramma v in quo est sal, dicitur, cum  
risum captamus sine villa vituperatione, ex  
exigua mordacitate. In hoc genere requi-  
ritur falsus quidam, & virbanus lepor: qui  
sensus animi iucunditate quadam perfun-  
dat, risumq; moueat non nimia dicacitate.  
Respuuit contumeliosa verba, & maledicta.  
quod nolit iniuriam inferre, sed iocum, &  
laudem. huius generis est illud supra Mar-  
tialis de Canio, quod explicatum fuit.

Epigramma 478.

Martialis in Partonopaeum tussi guleosa  
laborantem.

Leniat ut fauces madicis, quas aspera vexat

Affidue tussis, Partonopae, tibi,

Mella darsi, nucleosq; iubet, dulcesq; placeras,

Et quidquid pueros non sinit esse tristes.

At tu non cessas totis tussire diebus.

Non est haec tussis, Partonopae, gula est.

Epigramma 479.

Catulli in Cinnam pauperem.

Profecit poto Mithridates saepe veneno,

Toxicane possent saua nocere sibi.

Tn

*Opusculum.* xxv  
**Tu quoq; canisti canando tam male semper,**  
**Ne posses unquam, Cinnam, perire fame.**

Enarratio.

Iocatur in Cinnam pauperem per comparationem Mitridatis veneno assueti, & Cinnas famam. Taduor Mitridatem ita consuetudine ianoxium sibi venenum effecisse: ut postea, cum prælio Pop. Romani vices venenorum violentissimum fastinanda sibi nocis gratia fructu expertus esset, suo te ipsi se gladiis transfegerit.

Epigt. 480.

**Martialis ad Stellam.**

**Lascinos leporum curfas, lususq; leonum**

**Quod maior nobis charta, minorq; geris,**

**Ei tibi idem facinus, nimium si Stellas videtur,**

**Hoc ubi, bis leporum tu quoq; ponem mihi.**

Enarratio.

Eleganter iocatur poeta si stella molesta fert bis a poora celebrati Leporum ludum, ac Leonum, cum ultum ea bis in cæna, saepiusq; apponendo leporē. *Maiorcharta.* Hic liber plura cōtinens epigrammata. *Minorq;* superior pauciora habens hanc argumentū. qui quidem enācas est, & in eo desiderantur hic nominata. geris. continet. bis. in duobus fibris, sed in utroq; saepius. *Tu quoq;* in ultionem appone mihi ad cænam inuitato saepius Leporem. Honestè cænam petit pluribus leporibus dignus ob hunc unum Leporem.

Epigr. 48

Eiusdem ad Cottam.

*Bellus homo, & magnus vis idem, Cotta, visderis:  
Sed, qui bellus homo est, Catta pusillus homo  
est.*

Enarratio.

Iocatur Poeta in Cottam, qui bellus &  
magnus videri cupiebat. Nam neutrum  
esse dicit. Cum enim bellus idem sit, ut pu-  
sillus, sequitur magnum non esse. Cum ve-  
ro pulchritudo in magno corpore sit, quo-  
niam dignitas expetitur, quae in pusillis nul-  
la prouersus est, bellus esse nequit; cum pusill-  
lus sit. Bellus licet saepissime pro bono, &  
pulchro capiatur, aliquando ramen & pro-  
eo sumitur, qui se facile ad cuiusvis nulum  
accoritmodat, & ad voluntatem hominum  
loquitur, quod est abiecti, & pusilli animi.  
& ita hic capit, & si magno aduersatur;  
& in hoc stat iocus.

Epigr. 48

Eiusdem de Cloe.

*In scriptum tumulo septem celebrata virorunc.*

*Se fecisse Cloe. Quid potè simplicius?*

Enarratio.

Cloe septem suis maritis vita functis epi-  
taphium tumulo his verbis inscripsit: Cloe  
fecit. suple epitaphium. Poeta insinuat ver-  
ba illa significare: Cloe interfecit. eos enim  
a Cloe veneno sublatos dicit: affirmatq; ni-  
hil apertius, & candidius dici posse. Est  
enim iocus inductione, celebrare; nam cum  
sit pudicitiae laus vni tantum nupsisse, unde  
Cornelia apud Propertium elegia ultima:

*Jungor Paule tibi sic discessura cubili;*

*In lapide hoc vni nupta fuisse legar.*

Martialis dicit Cloem celebratum esse tumulo septem virorum, cum sit maxima incontinentiae signum.

Epigr. 489.

Eiusdem in Fabullum.

*Vnguentum, fateor, bonum dedisti,*

*Conusuis here, sed nihil scidiisti.*

*Res spha est bene olere, & esurire.*

*Qui non canat, & vngitur, Fabulle,*

*Hic vere mihi mortuus videtur.*

Enarratio.

Facetum, & non nihil mordax est epigramma. Afferit poeta in cena Fabulli se vacuum, sed non cenantum fuisse. Quod in ea nihil in coniuas fuerit distributum. Argutè claudit epigramma, ad conuiuium mortuorum so vocatum, tamquam mortuum. Nam, cum mortui vngentur, & epulæ eorum sepulchris apponi solerent, quibus tamen nec mortui vescentur, nec viuis fas esset vesci. Vnguentum; vngebantur veteres ante cenam here, heri. sic Iuuen. sat. 3. scidiisti. distribuisti in coniuas. rati falsa: faceta, ridicula, vngi, & nihil edere. qui non conclusio est, ad conuiuium tamquam mortuum esse invitatum, qui nihil comedens.

Epig. 484.

Alij Crotti Cremonensis de uxore  
molesta.

*Suspensam è fice uxorem dum luget Acylas,*

*Ampliorum collo surrepiens lagueum:*

Imbre

**Imbre genass aitq; vngue sinis sedatq; rapieq;**  
**Et sacit ad superos non bona verba Deos;**  
**Subrisit Nerua, & ramos spectatus inertes,**  
**O sacram, ait, pomum, & dignam ubicunq;**  
**seri.**

**Epigr. 485.**

**Eiusdem in Astrologum.**

**Intellecturus misera discrimina vita**  
**Attulerat Vas tubera Parthenius.**  
**Exposuit rerum seriem utx Fuscus aruspex.**  
**Cum, degustator muttere, procubuisse.**  
**Scilicet in fara, & casus tam prouidus augur**  
**Cur non prouidit tubera Parthenij?**

**Epig. 486.**

**Sollagi de Dorila fure, falsum, & non nihil**  
**mordax.**

**Inuasit Dorilam moriturum tertia febris.**  
**In iuguncos infamem, qui brevi agendus erat.**  
**Tum verò illudens moriturum falsus Iolas,**  
**Cerè eludetur tertia febris, ait.**

**Epig. 487.**

**Martialis in Næviam.**

**Dum non vis deporet, dum non vis carpere**  
**Mullum,**

**Et plus, quam patrì, Nenia pareis Apro,**  
**Atcias, rumpisq; coquim, tamquam omnia**  
**cruda**

**Attuleris, numquam sic ego crudus ero.**

**Enarratio.**

**Iudit Poeta in voce crudus, quæ ad ci-**  
**bum, quæq; ad stomachum refertur. Inui-**  
**tatus Martialis ad dapsum etnam, a Næ-**  
**via, cum illa, vt nemo de multib; cibis**

**gu.**

gustaret, omnia cruda esse diceret, & ob id  
etiam coquum cecidisset, ut res crederetur,  
dicit Poeta ita se ieiunum esse, & nunquam  
crudum futurum. Et verè, quia cruditas ex  
epularum copia, vel nimio cibo nascitur.  
*Carpere.* incidere, & comedere. *Mullum.* pi-  
scem. *parcis.* non incidendo, & distribuendo  
in conuiuas. *Plusquam pari.* vel simplex  
comparatio est, vel rectè eam particidijs ream  
facit. *rumpis.* pulsas, percutis. *Crudus ero.*  
cruditatem in stomacho nullam habebo.

Epigr. 488.

Soffagi ob insalsè dictum risum mouens de-  
suspēndendo.

*Altius irrorans* socū dum pocula fontis,  
*Qui laqueo infami colla datus erat,*  
*Disflauit spumam, mox admirantibus, inquit,*  
*Hac gigni nobis calculus arte potest.*

Epig. 489.

Martialis ad Helium.

*Quod clamas semper, quod agentibus obstreps*  
*Heli,*

*Non facis hoc gratis, accipis, ut taceas.*

Enarratio.

Iocosè carpitur Helius acris caudicuſ, ſiue ineptus orator, & clamator. *clamas.* in-  
ſolenter, & rufſicè contendis, quod eſt con-  
tra Rhetorum leges. *Non facis gratis.* quia  
ob immodicam tuam vociferationem, pe-  
cunia, ut taceas, tibi datur.

Epigr. 490.

Eiusdem ad Flaccum.

*Luce propter iniquorum, qua prima militiurales,*  
*Dum*

Dum Stella turdos, dum tibi Flacce paro,  
Succurrit nobis ingens, onerosaque turba,  
In qua se primum quisque meumque putat,  
Demeruisse duos votum est: offendere plures  
Vix tuum: multis missere dona graue.  
Qua possum sola veniam ratione merebor:  
Nec Stella turdos, nec tibi, Flacce, dabo.

Enarratio.

Iocosa, facetaque excusatio est in Charistij<sup>s</sup>  
dulla Stellaz, & Flacco mittendi munera, ra-  
tio est, ne plures offendat, dum paucis tan-  
tum parat munera ob indigentiam. Possu-  
mus etiam dicere ab alijs potius munera de-  
siderare. Charistia dicebantur propinquou-  
rum solemnia adornata convivia, quibus  
tantum cognati aderant. Iuuenium ponenda-  
rum, & amoris instaurandi gratia instituta.  
Val. Max. lib. 2. cap. 1. celebrabantur un-  
decimo calendas Martias. Onid. 2. Fast. In-  
gens turba. quæ amicitiam utilitate probat.  
Volum est. animus, voluntas. Demeruisse. tan-  
tum duos Flaccum, & Stellam beneficijs  
devincire. Sed videns id efficere non posse,  
quin multos indonatos relinquam offensos,  
& pluribus impetrare aliquid nequeam,  
nulli quidquam mitram.

Epigr. 491.

Bonciatij de Equite calve facetula.  
Calvum lecturus Eques nudata reuestit  
Tempora mentitas, & struit arte connatus.  
Hinc armis, ostroque miscans cum forte per urbem  
Vaderet insigni conspicendus equo:  
Eruens iumenti a falso mox a vertice crinem.  
Dycis

Dicit australis missus ab aree Notus.  
Desecare hominem sanguis, color, & mens, &  
vox,

Albescunt cinere frons, caput, ora pari.  
Turba fluens hominum ludunt, ipsiq; cackinum.  
Non tenuere Equites, non tenuere patres.  
Mox ille arridens fistas cecidisse, quid, inquit,  
Est mirum, proprie si cecidere come?

## Epigr. 492.

Eiusdem in Rhantij ingluuiem ad  
Muretum,

Obsonans, Murete, famem dum rura pererro:  
MARce hodie tecum prandeo, Rhenzus ait.  
Ingradimurq; domum: recta peti ille culinam,  
Et grauida ante focum, quid creper olla, videt.  
Messares patruus septem conducerat, illis  
Multæ erat ex pingui solita polenta faba.  
Discubuit communus meus: poscitq; fabarum  
Quanum concha ingens, lata, profunda capis.  
Glutis & exemplo datur altera, glutis & illano  
Consumo: affertur tertia, glutis & hanc.  
Erubui pro illo, & quartam do: glutis & illano.  
Cum stomacha quintam porrigo, glutis & hanc.  
Racche fane, fane alma Ceres, fane alma Fas-  
tula:  
Vel mihi tu saltum, tu Crapulina fane:  
Tu Crapulina fane, subridens murmurare nescium:  
Ille etiam secum murmurat, olla fane.  
Et pergit, patinasq; leguriat ante nouenas:  
Quam fores ex rabido ventre fugata fames.  
At cum siccatæ reliquum, nihil esset in urna,  
Qua super in uersa est illisq; ante oculos:

*Recte, ait, esca mihi quecumq; paratur edendo,  
Semper ad hunc morem sit, volo, panca, bona.*

Epigr. 493.

Catulli de quodam, & Caluo.

*Risi nescio quem modo in corona,  
Qui, cum mirifice Vatiniana  
Mens crimina Calvus explicasset,  
Admirans, ait haec, manusq; tollens,  
Dij magni Salaputium disertum.*

Enarratio.

Cum Calvus per exiguae statuta in Vati-  
nium peroraret, quidam in corona, idest e  
multitudine quaet in forum confluxerat ad  
audiendum, admiratus, vehementiam, &  
acritatem in dicendo, & puerum cum effet  
revera putans exclamauit eo modo quo nu-  
trices exclamant, cum pueros plausu exclu-  
piebant o festiuissimum, o lepidissimum sa-  
laputium. Quod occasionem preboit Ca-  
tullo illius irridendi, & hoc epigramma co-  
ficiendi. Hæc Scaligeri interpretatio est,  
quaet mihi præ ceteris probatur. Sententia  
tamen aptior effet, si legeretur Salipusium  
ut in Calepino legitur; a Sale, & optuso, idest  
puero, hoc est puerum satis plenum. Mu-  
etus Manutij auctoritate nixus legit Salici-  
pium. a saliendo in Cippam; quod votabili-  
lum nouè, urbani ad modum, venustèq; co-  
fatum dicit occasionem dedisse poetæ ri-  
dendi. Sed non videtur hæc poetæ sententia:  
cum dicam cum risisse, pro derisisse. Non  
enim ob id deridendas, sed commen-  
gandas fuerat Melius igitur Scaliger: præ-

fectim cum omnium antiquitus excusorum lectionem, senecæq; ipfius exemplar adducat. cæteri interpres affluginati sunt. Mirificè acriter, & vehementer dicendo in Vatinium, & Caluus laudatur. manusq; tollens: gestus admirantis est. *Dij magni.* exclamatio ex ingenti orta admiratione.

*De Epig. Instante, & Denso.*

Hocepigrammatis genus Scaliger sibi instans, confertum, densum, & multiplex appellat. Et est, quando in singulis quibuscumq; locis, & partibus res grauiter, & acute conferuntur: ut quauis parte sententia concludi possit; sed tamen semper crescat. Hoc non nisi magna, multeq; artis, & multi ingenij est.

*Epigr. 494.*

Martialis ad Posthumum sua in alios beneficia prædicantem; cum dans obliuiscatur debeat, & accipiens meminisse.

*Qua mihi præstiteris, memini, semperq; tenebo:  
Cur igitur raco? Posthume, tu loqueres.*

*Incipio quoties alicui tua dona referre;*

*Protinus exclamat: dixerat ille mihi.*

*Non belle quadam faciunt duo: sufficit unas*

*Huic operi: si vis, ut loquaris, ipse raco.*

*Crede mihi, quanvis ingentia, Posthume, dones,*

*Auctoris perenni garrulitate sui.*

*Epigr. 495.*

Eiusdem de Gellia clam gaudeant, & palam flente ob mortem patris, quod non est vere amantis.

*Amissum non flet, cum sola est Gellia, patrem,*

*Si quis adest, iussæ profilunt lacryme.*

*Non luget quisquis laudari, Gellia, quarit.*

*Ille dolet verè, qui sine teste dolet.*

Epigr. 496.

**Eiusdem de Catella Publij.** quam adeo artificiosè depingit Musæ penicillo, ut hanc Catella vera Publij, pictaq; veriorem, pulchrioremq; iudices.

*Issa est passere nequior Catulla:*

*Issa est purior osculo columba:*

*Issa est blandior omnibus puellis:*

*Issa est chariar indicis lapillis:*

*Issa est delicia Catella Publis.*

*Hanc tu, si queritur, loqui putabis,*

*Sensire tristianaq; gaudiumq;*

*Collo nixa cubat, capitq; somnosa;*

*Vi suspiria nulla sentiatur;*

*Et desiderio coacta venris*

*Gutta pallianò fefellit ulla:*

*Sed blando pede suscitat, thoroq;*

*Deponi monet. O rogat leuari:*

*Casta tenui inest pudor Catelle,*

*Hanc ne lax rapiat suprema totam,*

*Picta Publius exprimit tabella,*

*In qua iam similem videbis Issam,*

*Vi sit iam similis fibi nec ipsa*

*Issam deniq; pone cum tabella,*

*Aue utramq; putabis esse veram:*

*Aue utramq; putabis esse pistam.*

Epig. 447.

**Scaligeri, in quo afferit quatuor connubiali Epigrammata.**

*Hoc verum eligimus: si non nisi denece podagre,*

Dente famis diræ discruciatæ perit.

Ah ne quicam nisi sic acrem finire dolorem?

Atq; ferum finem collere fine truci?

Hecu macie informi, laruata hec rabe furorem;

Et funus plusquam funere præueniens.

O vitam insans, o inconmoda commoda; Inq.  
nox.

Si, ne aliquid fias, cogeris esse nihil.

Epig. 498.

In laudem epigrammatis primi Martialis;  
& enarrationis nostræ. quod tot continet  
epigrammata, quot sunt eius disticha.  
singula enim acuse clauduntur, accre-  
scit sententia.

Condidit insani Cesar molem Amphitheatri,

Vrbis, & orbis homos, ac decus illa fuit,

Sed mago tunc inter moles caput extulit omnes;

Cum celebri Vates carmine in astra tulit.

Tertia nunc cernit superato ex orbe rapheas

Laude tua, orator, dum super astra locas.

Fortunatum opus impensis, Epigrammate  
laude,

Structoris, Vatis, Rhetoris eximum.

Ter magnum est sumnum: quanta est ter maxi-  
ma moles?

Structura, Marci carmine, & arte tua?

Epigramma mixtum illud est, quod his  
omnibus, vel pluribus constat.

## C A P. XXII.

*De Lemmate, fine præceptorum, & primo Epigramma e Martialis cum plenacinfdem enarratione.*

**L**emma, vel inscriptio epigrammati addi solet. Quæ duo inter se differunt. Lemma est brevis poematis, vel orationis, vel epigrammati comprehensio, sive summa, & argumentum. In qua sententia Martialis ibi accepit, *Lemmate si queris quod epigramma habes supra cap. 5. de epigrammate simplici. Noam unquam sumitus pro epigrammate ipso. Idem Mart.*

*Consumpta est una si lemmate pagina, transi:*

Inscriptio vero esse potest sine argumento, exempli gratia. Ad D. Vincentium epig. inscriptio erit, *De D. Vincentij fortitudine epig.* Quod quidem discrimen in Martiale passim reperies.

Clausula præceptorum hæc sit. Epigramma illud bonum erit, quod explicatis virtutibus ornatum fuerit: mediocre vero mediocre arte constructum: malum, leuiculum, & vulgare; quod parum ingeniosum, parumq; argutum apparebit. Quod etiam Martialis de suis disticho illo affirmauit,

*Epig. 499.*

*Sunt bona, sunt quedam mediocria, sunt mala plura,*

*Quæ legis hic: aliter non fit, Autem liber.*

## Martialis in Amphitheatrum Cæsaris.

*Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis;*

*Affidunt iacti nec Babilonai labor;*

*Nec Triua templo molles laudentur honores;*

*Dissimuleretq; Dennis cornibus ara frequens;*

*Aere nec vanco pendentia Mausolea;*

*Laudibus immodicis Cares in astra ferant;*

*Omnis Casareo cedat labor Amphitheatro;*

*Vnum procunclis fama loquatur opus.*

## Enarratio.

Superiora Martialis, aliorumq; epigrammata ita enarrata sunt; vt eorum sententiae innotescat: exemplum modo plenæ, & incompletis interpretationis assertur. Vt, quid in hoc genere prætermissum sit, & ratio plenæ, ac perfectè interpretandi pateat. Methodus enarrandi erit. Argumentum epigrammaris præcedet; tum leges de eo latæ apabuntur: deinde ex oratorijs præceptis, intentione, dispositio, & glocutio indicabuntur.

Argumentum est. Martialis Amphitheatum Tiberij Cæsaris laudibus exornat. Amphitheatum dictum est: quod compo- situm esset quasi duobus theatris. Forma ovata erat, & ea amplitudine, vt in ea exhiberentur gladiatores, venationes, & Neu- machia. Scriptores non in celebres ea altitudine fuisse testantur. vt ægræ humana vi- sio illam p̄tingeret; tanta mola, vt octo- ginta septem millia loca haberet, quibus spectatores sedes cōmodè possent per gra- dus. Nobilissimum igitur est huius epigrā.

matis argumentum; quod circa huiusmodi imperatorium opus celebrandum versetur. comparatione minorum ad maius explicatum est. Quae comparatio per illustris est ad commendandum. Cætera enim orbis spe-  
ctacula longè huic inferiora esse canit Poeta. Vnum ex compositis est, quia expositione, argutiaq; constat. Narratio tribus disticis absoluta est, argutia verò postremo. In narratione quinq; rerum orbit maxime admirabilium mentio facta est, Pyramidū Ægypti; Mænium Babilonis; Templi Dianaæ Ephesinæ; Aræ cornæ Apollinis, & Mausolei. Quæ cum Casaris Amphiteatro collata admirabilia esse desinunt:

*Barbara Pyramidū sileat miracula Memphis.*  
 Historicorum monumenta referunt in Ægypto Memphis urbem fuisse, vulgari nomine, il Cairo, quæ regionis caput erat, ubi plures fuisse Pyramides, tres verò celeberrimas, & duas inter septem mundi miracula relatas tradittar. Pyramides ab igne denominatas mihi placet; quod in formam ignis ascendant ab ima basi paulatim in apicem decrescentes. De harum altitudine, & latitudine, inter scriptores non conuenit. Solimus scripsit esse turres in Ægypto fastigias ultra colitudinem omnem, que fieri manu possit. Itaque mensuram vmbrarum egressæ nullas vmbras habent. Etiā ex impetu in eorum constructione, quantæ fuerint, deprehenditur. Afferunt sex miliones, & trecenta millia Philippinorum im- pensa.

pensa in cæpas tantum, raphanes, allium, & caseum. Quod in ipsis pyramidibus inscriptum legebatur. Artifices duo illa Memphios deprimunt ædifica poeta, a causa efficienti: quod barbaros Auctores appelleret. Quid enim pulchri ab incultis, & crudibus hominibus manare potest? tum a fine, quod nisi ad stultam, & barbaricam ostentationem sint fabricata. itaq; si cum Cæsareo opere conferuntur, non nominari quidem mententur, aut miracula dici.

*Affidus iacte nec Babilona labor,*

Alterum orbis portentum mænia Babilonis erant, quæ constabant altitudine pedum ducentorum, & quinquagenerum latitudine; ut quadrigæ in ipsis sibi occurrentes non offendarent. Et hæc Semiramis construxisse pleriq; fecunt. Hoc pariter opus extenuatur a causa efficiente, si Assyrius labor legit: si assiduus, a nimia difficultate, & labore. Quæ enim assiduo cum labore fiunt admirabilia, non sunt habenda. multum etiam admirationis amittit, ac laudis cum Amphitheatro comparatum.

*Nec Triuia templo molles laudentur honores.*

Sequitur Diana Ephesina templum, quæ triuia nūcupabatur, vel a triujs, vbi ponebatur, vel ab eius triplici potestate in celo, in terra, & in inferis. quod templū a molibus Ionib. structū inter septem pariter orbis spectacula connumerabatur: cuius vt aliqua cognitio habeatur, Plinij testimoniū efficiet.

N Ma-

Magnificentia, inquit, vera admiratione erat  
complum Ephesinæ Dianae ducenti viginti  
annis a tota Asia factum. In palustri solo id  
fecero, ne terræmotus sentiret, aut hiatus  
metueret. Rursus, ne in subrico, atq; insta-  
bili fundamenta tantæ molis locarentur, cal-  
catis ea substruere carbonibus, deinde  
velleribus lanæ. Vniuerso templo longitudo  
erat trecentorum quindecim pedum, lati-  
tudo ducentorum viginti: columnæ centum  
viginti septem a singulis regibus factæ se-  
xaginta pedū altitudine. Ex ijs triginta sex  
cælatæ a Scopa. &c. Hæc autem, licet ita se ha-  
beant: tamen non vult ab huiusmodi lauda-  
ri, siue legis honores molles, idest Ionium,  
nobilem templi substructionem: siue legis,  
*molles Ionios.* Quidia ædificium multò nobil-  
ius extat: & ubi magnificentissimum est,  
quod minus magnificentum est, cedere debet.

*Dissimuletq; Deum cornibus ara frequens.*

Sequitur Apollinis Ara cornigera, siue  
cornæ nuncupata; quod ex dextris corni-  
bus Capraturum tantum absq; glutino, aut  
vinculo camentata foret. Et hæc etiam ex  
Plutarco inter septem miracula numerat.  
Quid.

*Miror & innumeris structam de cornibus Aram.*  
In hac confutanda mirè se gessit poeta:  
nam cum fama recepta esset Apollinem Deum  
illius auctorem extitisse, & constructorem:  
multò tamen præstantius, ac nobilius ut fo-  
ret Cæsaris Amphitheatrum, quamvis  
mortali manu fabricatum, hortatur, ne Dei

*It* illud dicatur opus, verum potius singatus  
alicuius mortalis artificis; ne secus Apolloni-  
nis fama lædatur. Quo quidem maximope-  
re Augusti laudem auget, qui maiora Deis  
ipsis perficiat:

*Aere nec vacuo pendentia Mausolea:*

*Laudibus immodicis Cares in astra ferant.*

Postremo in loco commonefacit *Cares*  
populos Asiae minoris ne Mausoleum suu m  
immodicis laudibus efferant. Quod opus in  
*Mausoli regis sui ab Artemisia eius uxore,*  
ut æternum amoris sui argumentum foret,  
conditum fuit, & tamquam in aere suspen-  
sum. Mausoleum sepulcrum erat ad cen-  
tum, & quattraginta pedes altitudine in aere  
sublatum, ideo pendens vocatur. Hoc Val.  
Max. vocat monumentum usq; ad septem  
miracula proiectum. Agellius sepulchrum  
memoratissimum, dignumq; inter septem  
terrarum omnium spectacula memorari.

Exposita priore parte comparationis, quæ  
narrationē cōtinet, sequitur dispositionis di-  
scussio, quæ inuentioni a Rhetoribus subij-  
cit, quod ad res pariter referatur: ut ver-  
borum ordo, & inuentio elocutioni. Verum  
cum in demonstrativa causa, in qua versa-  
tur hoc epigramma, ut plurimum ab orato-  
ris iudicio pendeat collocatio, & cum erra-  
re Martialis hic nequuerit, quod omnia sint  
eiusdem generis, id est admirabilia, colligi-  
tur esse laudabilem rerum dispositionem,  
quam hic adhibuit.

Sequitur Elocutio, quæ plurimum dele-

Et, aures permulcerat, animos commotet,  
 & homines admirabiles reddit ac supra cæ-  
 teros effert, ideo poesis imprimis pernecessa-  
 ria est. Quod nulla alia sit ratio, nulla instru-  
 menta tam idonea, quibus ad finem sibi pro-  
 positum consequendum uti possit. Finem ve-  
 rò duplicem esse poetarum auctorem ha-  
 bemus imprimis Horatium in arte poetica.

*Et prodeesse volunt, & delectare poetae.*

Qui paulo versatores in poetarum lectio-  
 ne sunt, iij optimè nouerunt, in rebus descri-  
 bendis licere. eis artificium omne proferre,  
 quascunq; figuratas admittere, ac presenten-  
 tiarum genere modo grauia, modo exigua,  
 modo mediocria, siue temperata commisce-  
 re ornamenta. Nos igitur elocutionem hu-  
 ius epigrammatis ad figuram sententia-  
 rum, tum verborum, deinde ad tropes, atq;  
 orationis ideam, per quæ exornatum expo-  
 litumq; fuit, redigimus, quibus explicatis  
 simul eiusdem virtutes etiam extabunt.

Confudit prudenterissimus Poeta ad nobil-  
 issimam comparisonis figuram, quæ exor-  
 natiuo generi maxime est accommodata.  
 Verissima namq; est, valdeq; egregia lau-  
 dandi ratio, quæ ex proprijs bonis, atq; ex  
 aliorum collatione dimanat. Quia ex infe-  
 riorum collatione longe maiores excellen-  
 tiorum laudes dignoscuntur. Sed plura de  
 hoc nobilissimo schemmate diximus in  
 Rhetore. Hoc concinnata est oda prima  
 tertij; hoc decima, & sextadecima secundi,  
 ac aliç. Catullus in Epitalamio de Achille ad  
 hoc confudit.

Non illi quisquam belle se conferet heras,  
 Cum Phrygi Tencromambunt sanguine rius  
 Possem sexcentos Virgilianos locos, & ce-  
 terorum poetarum huc adducere, si opus  
 esset. Dico solum Antipatrem lib. primo epi-  
 grammatum Dianaë Ephesiae fanum cum  
 cæteris orbis terræ spectaculis conferre, &  
 nobilior esse prædicare. Ad cuius exemplū  
 Martialis creditur hoc suum pariter hac  
 tam illustri figura exornasse, & ad tantam  
 excellentiam extulisse. Ad artem etiam spe-  
 ðat, cum rem aliquam amplificare maxi-  
 mo volumus, illam non quibuscunq; rebus,  
 sed præstantissimis esse anterendam. Idcir-  
 co Mattialis quinq; res, quæ in toto terra-  
 rum orbe admirationis plurimum haberent,  
 cum Cæsareo Amphitheatro conferens loa-  
 ge ei inferiores esse ostendit. Quod & Ho-  
 ratius fecit in prima oda. Qui collectis non  
 nullis nobilioribus hominum studijs, illa  
 cum suo non esse conferenda probat. Nec  
 uno tantum sententiæcum schemate contem-  
 tus est Posta, ut neq; orator in grauissima re  
 præsertim exornanda, sed varias commiscet  
 figuræ, & orationis lumina. quò iucundius,  
 quò grauius, quò acrius cauat, vel dieat.  
 Quod etiam præstuit Martialis, qui verbo-  
 rum insuper figura, quæ synonimia dici po-  
 test, quæ res eadem diuersis effertur verbis,  
 illustrare magis voluit adhuc epigramma-  
 tum grauissimis tropis, atq; appositissimis  
 epithetis. Nam, cum sibi proposuisset oratio  
 ostendere, quæ sunt in toto orbe nobiliora,

modo præstantia, ac fama cum Cæsaris opus  
re contendere debere, non conferenda esse,  
huiusmodi usus est loquendi formis. Mem-  
phis sileat; Nec iactet Babilona: Nec lauden-  
tur honores: dissimuler. Nec laudibus immodicis  
in astra ferant: Quæ varietas quantum ha-  
beat ornatius, eruditorum aures iudicent;  
cognoscant, statuant.

Quam pulchris deinde tropis tamquam  
flosculis schemata illa exornanda duxit, &  
præsertim ijs, qui poetici habentur, id est  
reconditiores, ac minus populares: de qui-  
bus plene agimus in syntagma de Lyrico  
poemate. Insignes delegit metonymias, in  
quibus res continens pro re contenta, & esse-  
ctus pro causis elucet: ut Memphis sileat,  
pro eius cultores: *Affidus labor*: pro labo-  
rantes. Synecdoche totius pro parte: Babi-  
lona pro muri Babilonis. Metaphora nobis-  
lissima a re animata ad inanimatam, & in  
actu positam, quæ virtus venustissimam effi-  
cit translationem: *Ara dissimuler*. quæ meta-  
phora poetis ea de causa est frequentissima;  
quibus selectiora, maximeq; præstantia tan-  
tum probantur. tales etiam sunt, iratum no-  
ve: mirantur sylue: terra fuit: ridet ager: arbor  
parturit: parietes latitia gestiunt: lana descis-  
mentiri colore: adhibuit hyperbole: Nec  
Caro in astra ferant: Epitheta propria, &  
appositiè addita hic sunt. quorum vis in in-  
ventione fuit explicata & sunt *Barbara Mē-  
phis*: *affidus labor*: *Molles honores*: *Frequens  
Ara*: *Pendentia Mausolea*: *aere vacuo*: *lauda-*

*bus immundicis.* Quid ergo? facile ne alia tam  
brevis narratio inuenietur, quæ tot, tantisque  
& rerum, & verborum repleta, exultaque  
sit splendoribus; quæ tot, & tam præclaris  
figurarum, troporum & adiunctorum colo-  
ribus sit distincta, ac insignita?

Priore parte epigrammatis elucidata, que  
narratio dicitur, altera exponenda sequi-  
tur, quæ energeia, sive argutia nominatur, &  
postremo disucho est comprehensa:

*Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatre.*

*Vnum pro cunctis fama loquatur opus.*

Hac argutia breviter colligit Poeta, quod  
per partes in narratione dixit. Cuius senten-  
cia est. Non tantum quæ numerari mirabi-  
lia, verum etiam, quidquid, in omnibus ter-  
ris operosum, visendumq; est, huic Cæsa-  
ris Amphitheatro inferius est, Iure ergo  
quod cunctis amplius est, ac augustius præ-  
alij causis, & prædicatur. Huius epiphon-  
emata clauditur epigr. ut resummatam  
quam rem admirabilem, nouam, & inaudi-  
tam ob oculos propoheret Poeta. Nam epi-  
phonema epigrammati valde accommoda-  
tum, in quo apta conclusio admodum splen-  
det. Et cum duplex sit epiphonema, gau-  
micum, ut Virgilianum illud. Trabie sua  
quemq; voluptas: & quod summam rei com-  
pleteatur multo superior nobilius ad alte-  
sum illud Virg.

*Tantamobis erat Romanam condere, genit.*

*Huius hoc est generis, ita materia exi-  
guae. Omnis labor: omne opus labore factū,*

*Suetonymice. Famaloquatur. metaphora ab animata, ad inanimatam rem. Hinc patet virtutes, quæ optimum efficiunt epigrāma, in hoc eluēscere. Breuitas apparet: mediocrem enim habet magnitudinem quatuor distichorum. In sententijs nec diētio, nec syllaba; nec litera superuacanea est. Nec essentia tantum, com ad plena collationem facientiam, tum ad singulas eius partes bene explicandas adhibita sunt. Ita ut, si una diētio adderetur, aut adimeretur huic operi, totum prorsus corrumperetur. Puritas, elegantia, & perspicuitas non desiderantur: vi- tato dicendi genere, confuso: casto, & resto splendescētibus. Verborum ordo, ca- suum, temporum, & personarum conformatio conspicitur. Non longa sunt membra; omnis deniq; bene distincta, & ordina- ta est: oratio: Nitidē præterea, castè, & aptè constructum est. Nihil enim aut in rebus, aut in sono, aut in significatione reportatur, quod nitor, ac splendor orationis aduerseretur: nihil squalidum, nihil immundum, ni- hil fæcum, aut durum, aut agreste, aut abso- luta, aut insueta, & invenustum verbum: verum potius illætria omnipotens nitidæ, & egregia.*

## E L E G I A

M. Hieronymi Vidae Albae Episcopi.

Qua Iesum Christum Opt. Max. Crucis  
affixum ad commiserandum contem-  
platur, eiusq; necem deplorat.

## Elegia.

**E**T Solus late locus est, & fletibus apens,  
Et redit, qua non maestior ulla, dies.  
Ipsi etiam montes, densa bac in rupe cupressi.  
Ipsa etiam quarnlo vertice floro iubent.  
Tunc etiam silices durum sensere dolorem,  
Et rupi ingenti dissiluere sono.  
Tunc etiam. sed iam erumpit mihi peccore fletus.  
Et lachrymas oculi fluminis instar agunt,  
Flere iuuet saltu, lachrymisq; explere dolore.  
Quando aliud nil est, quod tibi persoluam,  
Mutua nec sacra est, usitamq; rependere vita,  
O qui nostra tuo funere damnataeas.  
Nos patris eterni nostra ira iustius iras  
Fraude: crux tuo in probris nostra lauas.  
Nos dulces verita decerpsumus arbore fatus.  
Dilectus dira tu trabe furtaliss.  
O nimium nostros nimium miserare labores,  
O nostri nimium, nil memori ipse ins.  
Non genus humanum, non mundi machinacanti,  
Non tanto merces digna labore fuit.  
Sci licet aeterni proles aeterna parentis  
Fallus homo, fontes nemoriamur, obis?  
Quem pater ipse fui, sine origine, concipit instar,  
Dum se se aeterno cogitat usq; animo.  
Me miserum, quae te pieras pulcherrime rerum

Tam noua, qui quæso, tam nouis egit amori.  
Ah sat erat te sidereis de sedibus actum.

Tadia virginæ longa tulisse uterz,  
Aut hinc mortales eductum in luminis auras;

Cum pecore agresti deliciisse casa,  
Inde vagum huc illuc nostros adiisse labores;

Dum mundum ad leges, O noua iura vocas,  
Neue ignominias memorem, aut que plurimæ

inultus

Passus es indigno corpore ludibria.

Hei mihi non aususne, ferisne cubilia defunne.

At rerum auctori desse ubiq; locud.

Sola fuit, tibi que nodosis roboribus crux

Heu nimium durum præbit hospitium.

Hac fuerat seruis pena olim, hæc furibus aquæ,

Quos secum cerno mortem obiisse paro.

Qua raro dura manus, que nam raro barbara  
porro.

Gens tantum obtusis sensibus ausa nefas?

Quo ruitis miseri? qui rarus membris error

Insider? in vestrum cendit is exitium.

Me potius, moerte, qui feci, hoc perdite ligno.

Hic nihil admisit, frans mea, furtamea.

Tene ita cum diris pendere lacrimibus, omnia

Vitæ cursus em sine labe fuit?

Qui neq; contactu intemerata virginis alii

Contraxi amique signa luenda note.

Sed genitrix pura casti concepit ab aura,

Nec potuit facies dissimilare genus.

Ut si leambenefacta, eos et miracula rerum,

Quæ non humana perficiuntur ope,

Insigni poteras forma, et iuvenilibus annis

Immissa pectus reddere molle serco.

Falcher lacrimagis, vel sedere nautino,  
Oceanus te quides quod modo lanit aquis.  
Sed quem hic te aspicio? hoc facies tua ne illis  
serenat?

Hic ne oculi? hic rostro gravis in ore color?  
Aureane hac mentes lanugo? hoc verricis aurum?  
Prope xum? hic torso corpore priscus honest?  
Qua modo ovisq;ibus, blandi nonne femina amoris?

Iactabas dulci in ore fidebat amor.  
Hunc ne ego conspicio te formosissime rerum?

Heu color, heu species quam tua facta alia.  
Squalidulae? facies, ut lassula lumen a liuens.  
Languidulae? seruix, mortua ut ora iacentes.

Non eaces artes, concretaq; sanguine barba.  
Non est is plane qui modo vulnus erat.

Serata caput, regisq; insignia cernor.  
Sed qua vulnificis sentibus hinc exigent.

Ex pictum video corpus suuens rabiore,  
Sed quem haustu flagris sparsum? ubiq; eruor.

Ne palmas morer, aut cerebra scutspide pleras,  
Hei nubi, quam lacuna pectore ruinus hinc?

Quod tulit es, que na hausta tuo incepisse cruores.  
Noe cum a delicum? nec fuit hasta cinis?

Cum Sol ipse caput nitidum abditus obscurarit,  
Et vasto celibus sic tremefacta sinu?

Debueras Sol aeterna ferugine caelum  
Oculere, & terris usq; negare diem.

Debueras tellus aeterno pereita monu  
Collabi humano haud ultra adeunda pedi.

At vos monstriferae que tunc o barbarica ponca  
Condit a de scitis equora littoribus?

Qua voe qua cennere more? quebus abditae claus-

Hic nulla effusis signa de distis aquis.  
 Vos raro diluio mersas absunser e terras  
 Equum erat, atq; hominum fluctu abolere  
 genus.  
 Nam quid enim caelum, aeq; ultores aetheris  
 reges  
 Elebilibus precer hic in mea vota modis,  
 Cum patet & caeli, rapidi moderator, & ignis,  
 Qui poterat flammis omnia diluere,  
 Ipse suum gratum pro nobis iussit vitro  
 Supplicium infanda morte subire crabis?  
 Agnus eras facer ille, sacram mactandus ad aram  
 Pro nobis aeterno hostia sacra patri.  
 Fixum erat inde celo, nulla potemole moueri.  
 Nil Sols, nil Tellus, nil maria alta iuuent.  
 Te quoq; se nostrae largius sponte satare,  
 Et tibi procundis dulce obuisse fuit.  
 Atq; ideo orribas moriens venientis hostibus ipsis,  
 Ne foret hoc villa munas inane turba.  
 Hoc quoq; nos simulur grata sed amore dolemus  
 Et memores turbula solimbas exequias.  
 Tu tamen exatus, qua mortis obnoxia, veno  
 Sedibus aethereis corpore sceptra tenes.  
 Venturus nostras extremitatem tempore voxas  
 Quas fitum, cum res funditus igne ruerent.  
 Aspice nunc bonas, & dignas nos effice, quos nunc  
 Exemplos paenitentia regna uehas.

## Enarratio.

Hæc Elegia aportam non habet propositi-  
 onem: quæ tamen facile ab ipso narratio-  
 nis exordio educitur. Quæ est, deplorandam  
 sibi esse acerbam Christi necem, soluendasq;  
 tumulo exequias, ut in fine Elegia dicit.

*Et memores tamulo soluimus exequias.*

*Et folus.* Narratio incepta est a loci, ac temporis circumstantijs, quæ poeticè periphrasibus describuntur. prior loci denotat Caluarie Montem, siue Christi sepulcrum, quod sibi ad contemplandum ab oculos mētis proposuit, ut modo diximus. Altera temporis per periphrasim diei Veneris Sancti, quo Christus passus fuit.

*Et redit:* qui à mœtore per collationem describitur.

*Tumetiam.* amplificatio mœtoris prædicti diei, & luctus ab adiunctis prosopopeia illustratis. Quod rebus inanimis, montibus videlicet, cypressis, & silicibus, sensus, & effectus tribuatur.

*Querulo vertice.* sonoro, vel fragoso ab animali sumpta metaphora.

*Dissoluere in varias partes fracti saliuere.* filex apud Virgil. legitur etiam fæminino genere.

*Ah sitice in nuda connixa reliquit.*

*Tunc etiam.* cætera mira, quæ eodem die acciderunt, & ab Euangelistis narrantur, referre hic volebat Poeta: verum dolore, ac fletu se præpediri dicit, quominus ulterius progrediatur. Itaque apophesis figura vtitur, id est reticentia, & recisione sententiarum ita Cicero ad Atticum. O celeritatem incredebilem, huius autem nostri: sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor, & crucior multis autem modis fit, ut dicimus in Rhetor. lib. 3. C. 24.

*Sed iam erumpit. ratio est recisionis fermentiae. quod fletu, & lacrymis praepediatur.*  
*Fluminis instar: brevis similitudo hyperbolam habens. de qua videatur Rhetor I. 2.  
 cap. 10.*

*Flore iunet. Christum pro salute nostra passum alloquitur; eiq; fletum suum offert,  
 quod nihil habeat, quod pro tali beneficio persoluat.*

*Persoluam diresis est, ex tribus enim quatuor syllabæ sunt factæ.*

*Mutuus nec. sensus est, nec mutua vita sa-  
 mis est, hoc est meam pro tua datus: ut sequen-  
 tia indicant, ac explicant: vitamq; rependere  
 vita leuas. solis auferit. dama culpas meto-  
 mymia effecti pro causa. peccata enita dana-  
 torum nostrorum sunt causa.*

*Nos parv. expeditio est superioris sen-  
 tientiae. nos colpas commisimus, tu plecto-  
 sis, & puniris.*

*Irritamus lacessimus: fraude criminis  
 probra, scelera, & tot tropi sunt.*

*Nos dulces. interpretatio superioris sen-  
 tientiae per periphrasim allegoricam crimi-  
 nis primi nostri parentis, qui verium po-  
 nunt comedimus, ornate posito antecedente  
 pro consequenti: deserimus sarcus dulces ar-  
 bore verius pro comedimus, & comedendo  
 peccavimus.*

*Dissensus dira trabe: Crucis affixus tropi  
 sunt periphrasis, ecclipsis propositionis in-  
 metonymia materie pro re ex ea facta: tra-  
 bcs Crucis: furtu, causa pro effectu, id est  
 pec-*

peccata metonymice.

*O nimium. exclamatio admirationis plena. O nostri, expositio.*

*Non genus: Ratio exclamationis. Quia nec homines, nec mundus totus dignus fuit tanto Christi labore, id est pena.*

*Scilicet. per eundem admirationis affectum habens, & ornata traductio, eterni, aeternae. & antithesi, ne moriamur. obis?*

*Quem pater. Divinam, & eternam Christi generationem, eiusque rationem tangit, quæ admirationis affectus confirmatio est. fusius tractatur ab eodem Vida in hymno Dei Filiodicato. in quo initium Euangelij D. Iohannis elegantissime explicatur. Cuius initium est.*

*Principio ante cui primordia. & ante creaturam. Omnia verbum aeternum, immemorabile verbum &c.*

*Me misericors pietatem, & amorem causam redemptoris nostriz affignat, per exclamationem.*

*Ahsat. Amoris magnitudinem ab effectis explicat. Nam, licet satis fuisset, aut hominem factum in utero Virginis Matris nouem menses commorari, aut nasci inter bruta in humili praesepi, aut mundum sua prædicatione lustrasse humana incommoda ferendo; tamen non huiusmodi contents fuit, multo duriora, & acerbiora perpeti voluit.*

*Longa tedia uiri. periphrasis est nouem annorum, quibus in vicere matris fuit.*

*Casa agresti, alia periphrasis praesepis:  
Cum pccere, boue, & Asino.*

*Ad leges, & non a iura: periphrasis Euangelicæ legis.*

*Neve. præteritio eorum, quæ passus fuit,  
quoad Crucis affixus est, cum per hanc Elegiam  
præsertim de Cruce pendente Christi.  
stum contemplari sibi proposuerit.*

*Hec mihi. Deplorans poeta illud mortis  
genus ad commiserationem, doloremque  
ciendum. exclamatione, & collatione diver-  
sorum vultus. quod videat Christum longè  
præiori esse conditione, quam aues, & feras,  
quæ habent, ubi quiescant, auctorem vero  
ipsum, seruam nisi duram Crucem habere  
ceruat.*

*Defit deest, ut apud Virg.*

*Lac mihi non aestate neuma, non frigore defit.*

*Rerum anchori. emphasis, qui omnia om-  
nibus suppeditat.*

*Riboris nodosis. ligno synecdoche spe-  
ciei pro genere, vel pro alia specie.*

*Hac feras. commiseratio ab indigno mor-  
tis genere, quod seruum tantum, ac fu-  
rum forci. queles erant cum eo morientes.*

*Quatam dira. induxitur in eos, qui tali  
peccis genere eum affecere, diros, barbaros,  
obtusos, ac stupidos appellando.*

*Quo ruitis. eorum stupiditatis per apostro-  
phem declaratio est. sibi enim ita exitium  
ipsi parant.*

*Me potius. enixè rogat Christi hostes, ut  
se ipsum potius, qui deliquit, Crucis affigant  
quam*

quam Christum penitus innoxium , & per repetitionem , & conduplicationem me me se maxime affectum , & commiserantem ostendit , & Virgilium in 11. Aen. imitatus est , qui Nisum offerentem se pro Eurialo amissimo inducit .

*Me me, adsum, qui feci: in me conuerte ferrū .  
O Rupis, mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus,  
Nec potuit.*

*Qui feci. peccavi .*

*Hoc ligno. hac Cruce posita materia pro cruce, ex qua facta est metonymice .*

*Fraus mea, fura mea. crimina mea , & est eclipsis verbi , sunt .*

*Te ne . percunctatio cum admiratione: cur innocens , tanquam latro permisit se puniri .*

*Vitai vita. dyeresis est, id est solutio dyphongiae in a i ex greca diptongo , ut apud Virg. aulai, aurai, pictai. videatur Erycetus in dictione pictae .*

*Labe criminis metaphora .*

*Qui neque. sensus est non modo quoquis actuali peccato caruit, sed etiam originali . quod eleganter per periphrasim expressit . Signaluenda nota antiqua .*

*Sed genitrix . Ratio est, quia opera Spiritus Sancti conceptus fuit . quem periphrastice auram puram celestem appellat .*

*Nec potuisse . Ratio diuinæ conceptionis à duabus adiunctis probatur, quorum alterum est benefactorum , & miraculorum , quæ humanas excedunt vires; quod per*

preteritionem tangit.

*Vt si leam benefacta: &c. alterum est pulchritudinis, qua tanta fuit, ut feras ipsas maiestates efficere posset. vnde illud: speciosus formam apicem filij hominum.*

*Pulcher. pulchritudinis per collationem majoris ad minora ad diem videlicet, & secundum, siue luciferum. cuius claritatem possit ea fictione amplificari oceanus liquidis.*

*Sed quem. Descriptio Christi pulchritudine, quo modo deformata fuerit, contemplatur per singulas eius corporis partes discurrens.*

*Et prius narrans, quales ante passionem fuerint, deinde quam alias factae.*

*Aurum propinquum capitis, peripherasis capillorum aurei coloris, metaphora.*

*Qua modocunque, quacunque temesis est.*

*Hec color. exclamatio oris ex tanta pulchritudinis mutatione.*

*Squallidus: descriptio mutationis flagrantis partium corporis.*

*Seria tamen. peripherasis coronae, & diadematis regis, sed ludibri, spincis, & caput vulnerantis.*

*Eripictum corpus, non nativo colore, sed crux proprio effuso.*

*Nepalmas. sensus est, ne immiter, ac dominar in manibus, & pedibus clavis traxis describendis, siue contemplandis. & piaretio est.*

*Heimbi. Vulnus tam ingens, & late patens in pectora Christi iacuens, pro dolore,*

& commiseratione exclamat.

*Hiat pectore, apertum stat in pectore. hiq;*  
propriè significat ore aperto spiritum emit-  
tere.

*Quod tulit es.* inuehitur in mucronem, &  
lanceam. *es* pro mucrone metonymia ma-  
teriae est. *intepuisse* pro vulnerasse altera me-  
tonymia sequentis pro antecedente. ferrum  
enim vulnerans, *intepescit* calido cruento.

*Talii toleravit, potuit.*

*Nec tum admiratur, cur ferrum illud non*  
dissolutum, liquefactumque fuerit, & hafta  
non facta sit cinis.

*Cum sol.* ab exemplo solis, & terræ ratio  
est admirationis. ut sol tunc obscuratus est,  
& terra contremuit: ita mucro liquefici, &  
hafta cinis fieri debebat.

*Debueras sol.* apostrophe ad solem argu-  
dum; quod non fuerit perpetuo occultatus:  
ad terram, quod non ita collapsa, ut morta-  
libus inhabitabilis esset: ad maria, quod  
vniuersam terram aquis suis non obdux-  
erint. & totum humanum genus non abolu-  
erint, & extinxerint.

*Æterna ferugine, æternis tenebris, meta-  
phora, nam proprie ferrugo est rubigo ferri.*

*Percita perculsa.*

*Ponti Monstrifiri,* quod mare varie pis-  
ium monstra gignat.

*Nam quid enim.* correctio est. Quia affir-  
mat se talia fructu frustu fieri optasse.

*Cum pater rationes sequuntur:* quia æter-  
nus pater, qui poterat omnia flammis absu-

mere, voluit filium suum crucis subire supplicium . illum enim hostiam pro nobis definauerat, nec mutari id poterat. itaq; nec sol, nec tellus, nec Maria iuuassent.

*Tu quoq; alia ratio est, quia , & ipse met Dei filius sponte, libensque pro nostra, atque ipsorum hostium vitam suam profundebat.*

*Hoc quoq; nos quoque hoc munere fruimur mortis, licet, ut grati simus, doleamus, & sepulchro exequias soluamus, & ob oculos mentis eius necem perpetuo habere debeamus.*

*Tutamen. peracta mortis Christi meditatione, tangit eius in æternam vitam reuersionem, ad celum affectionem, & ad homines iudicandos editionem, tandem rerum per ignem confampionem.*

*Aspice nos bonus: eundem precatur, ut ita nos viuere det, ut post obitum non peenis deputemur; sed celestis regno digni habemus.*

## L A V R E N T I I M A S S A Ad viatorum.

**S**iste iter o nimium iam solibus veste viator,  
Quid iuuat ardentes continuare vias?  
Quis furor est tecum exercet fatalis Erynnis,  
Quarere funestos in tua damna rogos?  
Nonne vides, Tyrannos rabidos ut duplacet ignes,  
Et medio longas torreat axe dies?  
Vt rabido fruges passim ex quoquat oris bians  
Syrnus, & aspero sidere fundat hornum?

Dum licet, insanos moneo vitare calores,  
 Dum licet incensi tempora sicca canis.  
 Ipse malos æstus memini induxisse malignas.  
 Febres, ac miseras sœpe tulisse neces.  
 Audisti Icarios casus, miserandaque fata,  
 Stultitiae pœnas pertulit ille sue.  
 Ille quidem Phœbi radios dum spreuit aceros,  
 Morte sua Icarias nomine fecit aquas.  
 At te, quem potuere aliena docere pericla,  
 Hand decet hac temere velle subire mala.  
 Huc accede, viaq; grauem solare laborem.  
 Ab feruente lassi, deficiuntq; pedes.  
 Ab tibi tota fluit facies sudoribus, & frons  
 Æstuat, innalidum redditur usq; latus.  
 Hic fugit arguto riuis per saxa susurro.  
 Hoc potes arentes pellere ab ore scis.  
 Et gelida fessos artus perfundere lymphæ,  
 Et somnum curis ducere se positis.  
 Siue sub annosa queru resupinus in umbra,  
 Quæ frabet gratos mollior herba toros.  
 Seu sub opaco hedera, lauroq; regentibus antro,  
 Plurima ubi irriguo profluit unda iugo.  
 Te & dulces auium cantus, te inuitat & aura,  
 Gratiior hac nullo, liberiorq; loco est.

## Enarratio.

Pulcherrima hæc Elegia in Garzonij Plattea legitur nonnullis in rebus a Riccobono repræhensa, sed tamen erudite defensa, quæ ibidem legi possunt, & nos breuitatis gratia hic omittimus.

Argumentum est viatoris itinere, & maximo æstu defaticati, & languentis ad se re-crean-

310 *Elegia*  
creandum, reficiendumq; ad amoenissimum  
fontem invitatio.

Partes habet propositionem, *Siste iter.*

Rationem ne se ægritudinis, & mortis  
periculo exponat iter continuando. *Quis  
furor?*

Confirmationem causas efficientes ægri-  
tudinum, & necis complectentem. *Non ne  
vides.*

Hortationem, ut ad fontem accedat ratio-  
nibus adductis: *Huc accede.*

Descriptionem fontis ab adiunctis. *Hic  
fugit.*

Varijs deinde ornata est poeticis lumini-  
bus.

*Solisbus: æstibus, & ardoribus, metonymia  
causæ pro effectu.*

*Quis furor: interrogatio admirationis af-  
fectum, & reprehensionem habens.*

*Ten' exerceat. parenthesi ad maiorem em-  
phasim, ut apud Virg. Mirabile distu: mira-  
bile visu. Erinnys. infernalis furia.*

*Rogos. mortem, metonymia sequentis pro  
antecedenti. cadavera enim clim Romani  
comburebant.*

*Tuan. Sol Hyperionis; Titani filius exfa-  
bulis.*

*Duplicat ignes. calotes, æstus; & est peri-  
phrasis meridiei æstiui temporis.*

*Axe. curru per synecdochē patris pro rotis.*

*Virabido. amplificatio caloris ab effectis.*

*Syrinx. canicula, quæ cum sole iuncta eius  
æstus duplicat.*

*Hiatu rabido: Canicula sodus est, in ore canis, & rabies de canibus dicitur.*

*Findat humum, aperiat, quia in maximis caloribus sit terre hiatus.*

*Dum lecer. Horatio viatoris ad huius modi astus vitandos.*

*Ipse malor: ratiō, quod morbos, & necem afferant.*

*Audisti. confirmatio Icati exemplo, qui cercis alis volans, cum ultra patris Dedali iussa se extulisset, solis ardoris liquefactis alis in mare decidit. à quo postea Icarium mare appellatum fuit. vnde Ouid. 3. Trist.*

*Icarus Icarias nomine fecit aquas.*

*Quem locum Massa est imitatus & ita legendum est ex Aldinis codicibus,*

*At te. Neterematrius, sit, suadet, ut pericula caueat aliorum periculis instructus.*

*Huc accede. Ad hunc fontem: vt quietem, & lassorum membrorum recreationē accipias.*

*Hic fugit: elegans descriptio amoenissimi leci, & aptissimi ad vires reficiendas ab iunctis. Quae sunt riuis, facultas pellendę sistis, refrigerādi membra, suauiter dormiendo, in umbra, in molli herba, in opaco antro ad murmur aquarū, ad auiū cantus, & suauē auram, quā collatione laudauit. Gratiōr hæc.*

*Fugit metaphora in actu posita ab animo. li. sitimarentem ab ariditate nascentem, metonymia. Ducere somnum. periphrasis dormientes.*

L A V S D E O.

*Errata sic corrige.*

Pag. 45. Ausonij cor. Ausonij 48. Dedalea  
Dedalez, Mensis mentis. 49. quanto tuo, quan-  
ta tuo. 54. Syllabo Syllabos. 55. varius varias.  
62. Christi Christo. 64. si men, si mea. 167. Diui  
Caroli, Diuo Carolo. 139. ieient, ieiuna. 141. ho-  
norea, horrea. Telluriam Telluri iam. ætacula  
ætatulæ. 142. quid, quod. 144. prædicta, prædita.  
81. Pictoris, picturis, 43. Augustus, Augustis.  
167. Diui, D. indolet indoleo.



C.A 33890  
Digitized by Google

pedales  
quando  
varias  
v. Diu  
41. ho  
acula  
edita,  
ultis.





